



UNIVERSIDAD

UAN

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA

PA2087

B671

V.2

c.1

089

COURS D'EXERCICES

ET DE

THÈMES LATINS

DISPOSÉS

DANS L'ORDRE DE LA GRAMMAIRE LATINE SIMPLIFIÉE

PAR LE

R. P. DOM R. BOUSSION

Moine Bénédictin de la Congrégation de France,
Ancien professeur au petit Séminaire de Montmorillon

DEUXIÈME PARTIE

LIVRE DU MAÎTRE

Prix : 10 francs

DELHOMME ET BRIGUET, ÉDITEURS

LYON

3, avenue de l'Archevêché



1896

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN

Biblioteca Valverde y Teller

47090

Manilla Alfonsina

Biblioteca Universitaria



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



1080022233

FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

AVERTISSEMENT

1° Les règles sur l'emploi de *suus* étant d'une application à la fois très fréquente et assez difficile, on trouvera cet adjectif possessif traduit dans bien des cas où il serait mieux de ne pas l'exprimer en latin; c'est un moyen de familiariser l'élève avec cette règle si importante.

2° De plus, dans les propositions subordonnées, où l'adjectif possessif français représente le *sujet* de la proposition principale, on le verra souvent traduit par *suus*, souvent aussi par *ipse*, qui tient le milieu entre *suus* et *is* ou *ille*, et qui a pour but d'enlever toute équivoque ou de donner plus de clarté à la phrase. Cet *ipse* du reste est justifié par l'emploi qu'en ont fait César et autres bons auteurs.

3° Après l'époque classique, l'usage s'est introduit de mettre habituellement l'*imparfait* du subjonctif, au lieu de l'indicatif, non seulement avec *cum* signifiant *lorsque*, mais encore avec *dum*, signifiant *tandis que*, *pendant que*. On trouve aussi quelquefois le *plus-que-parfait* du subjonctif avec *postquam*, dans le sens de notre *passé antérieur*. A cause du fréquent emploi de ces formes dans le latin ecclésiastique, nous avons cru bon de ne pas les rejeter complètement dans la traduction de quelques phrases.

4° Ainsi que nous l'avons dit dans la préface de notre cours

010898

de thèmes, II^e partie, un certain nombre de morceaux choisis ont été puisés dans le *Disciple de Lhomond*, par Blanchin. Cet auteur ayant donné lui-même la traduction de ses thèmes, nous avons cru pouvoir reproduire son texte latin, en y faisant de temps à autre quelques retouches. Malgré cela, la latinité ne nous en paraît point encore d'une pureté irréprochable; et c'est surtout dans cette partie de notre cours que MM. les Professeurs voudront bien se rappeler qu'un livre de « corrigés », si parfait soit-il, a simplement pour but de faciliter le travail du Maître, et non de le remplacer.

THÈMES LATINS

I. — SYNTAXE ABRÉGÉE

N. B. — Les chiffres placés au commencement de chaque thème indiquent les numéros de la *grammaire latine simplifiée* auxquels ils correspondent.

Thème 1.

411-416 — Rex Salomon, regis Davidis filius, Deo vero magnificentum templum ædificavit. — Imperator Severus urbem Byzantium occupavit occupatamque evertit. — Patrem et matrem jampridem mortuos desidero. — Senex mirandæ constantiæ erat Eleazarus. — Perfidus Judas Jesu Christi prodendi consilium animo concepit. — Bonum opus est invisere captivos et ignaros edocere. — Admodum pii erant Ludovicus nonus ejusque mater. — Panis et vinum homini sunt necessaria. — David in dies potentior evadebat. — Reges suos Cæsares Augustosque cognominavere Romani. — Saule, ego sum Jesus, et tu me persequeris! — Petrus et Andreas, Jesu Christi apostoli, crucifixi sunt. — Samuel regi Sauli dixit: Cras tu tuique filii mecum eritis. — Homerus solus appellari poeta meruit. — Darius, Alexandro regis titulum, cum illi quadam die scriberet, non tribuere ausus est. — Sancti Claudii corpus thecâ argenteâ inclusum fuerat. — Dicebant Judæi: Nondum tempus adest Domini domum denuo ædificandi. — Titus generis humani amor et delictiæ dicebatur. — Alexandri amici reges facti sunt. — Seriùs òciùsve agnoscitur vir falso strenuus.

de thèmes, II^e partie, un certain nombre de morceaux choisis ont été puisés dans le *Disciple de Lhomond*, par Blanchin. Cet auteur ayant donné lui-même la traduction de ses thèmes, nous avons cru pouvoir reproduire son texte latin, en y faisant de temps à autre quelques retouches. Malgré cela, la latinité ne nous en paraît point encore d'une pureté irréprochable; et c'est surtout dans cette partie de notre cours que MM. les Professeurs voudront bien se rappeler qu'un livre de « corrigés », si parfait soit-il, a simplement pour but de faciliter le travail du Maître, et non de le remplacer.

THÈMES LATINS

I. — SYNTAXE ABRÉGÉE

N. B. — Les chiffres placés au commencement de chaque thème indiquent les numéros de la *grammaire latine simplifiée* auxquels ils correspondent.

Thème 1.

411-416 — Rex Salomon, regis Davidis filius, Deo vero magnificentum templum ædificavit. — Imperator Severus urbem Byzantium occupavit occupatamque evertit. — Patrem et matrem jampridem mortuos desidero. — Senex mirandæ constantiæ erat Eleazarus. — Perfidus Judas Jesu Christi prodendi consilium animo concepit. — Bonum opus est invisere captivos et ignaros edocere. — Admodum pii erant Ludovicus nonus ejusque mater. — Panis et vinum homini sunt necessaria. — David in dies potentior evadebat. — Reges suos Cæsares Augustosque cognominavere Romani. — Saule, ego sum Jesus, et tu me persequeris! — Petrus et Andreas, Jesu Christi apostoli, crucifixi sunt. — Samuel regi Sauli dixit: Cras tu tuique filii mecum eritis. — Homerus solus appellari poeta meruit. — Darius, Alexandro regis titulum, cum illi quadam die scriberet, non tribuere ausus est. — Sancti Claudii corpus thecâ argenteâ inclusum fuerat. — Dicebant Judæi: Nondum tempus adest Domini domum denuo ædificandi. — Titus generis humani amor et delictiæ dicebatur. — Alexandri amici reges facti sunt. — Seriùs òciùsve agnoscitur vir falso strenuus.

Thème 2.

444-446. — Insigni virtute præditi erant Zacharias et Elisabeth. — Pestis et bellum humano generi sunt exitiosa. — Ego sum Dominus Deus vester; vos autem meus estis populus. Ego et Pater meus, ait Jesus Christus, unum sumus. — Cato clarus et magnus habetur. — Pilatus, ignavus iniquusque iudex, Barabbam, latronem atque interfectorem, Jesu Christo, vitæ auctori, anteposuit. — Omnium vitiorum parens est desidia. — Sisygambis, Darii mater, mulier erat eximie singularisque prudentiæ. — Annibal, belli renovandi captans occasionem, urbem Saguntum Romanis foederatam obsedit. — Sævitia est pauperibus ea quæ ipsis sunt necessaria non erogare. — Mercedem accipiet sedulus discipulus, piger vero pœnas dabit. — Piso ejusque conjux Plancina Romanis erant invisæ. — Præclarum est injuriæ oblivisci. — Sanctus Auxentius, primum strenuus miles simulque humilis christianus fuit. — Clodius tribunus plebis fieri cupiebat. — Primus Adami et Evæ filius Caini, secundus autem Abelis nomine dictus est. — Brute, fili mi, exclamavit Cæsar, tu me pugione audes percutere! — Senatus populusque Romanus imperatori Marco Aurelio statuas aureas erexerunt. — Pompeius videbatur in Hispaniam esse venturus. — Hi sunt vere nobiles qui malis cupiditatibus non inserviunt.

Thème 3.

444-446. — Princeps mansuetæ ac pacificæ indolis erat Darius. — Paupertatem avarus, divitias autem verè pauper formidat. — Catilinæ, viri pravi sanguinemque sitientis conjuratio, a Cicerone, vigilantibus consule oratoreque celebri, patefacta est. — Imperatoris Severi copias urbem Lugdunum, quo victus Albinus confugerat, vastarunt vastatamque incenderunt. — Alcibiades Lacedæmoniorum et Persarum per vices fuit terror ac præsidium.

— Phæro, ultimâ tandem plagâ victus, abeundi copiam Hebræis fecit. — Phædrus lupum et agnum siti compulsos induxit. — Princeps justus, castus et moderatus, imago est Numinis verissima. — Admodum pios se præstiterunt rex Numa atque Antoninus imperator. — Detestabilia semper visa sunt perjurium et calumnia. — Saulo dixit Dominus: Tibi durum est in stimulum calcitrare. — Vel minimarum avium aliquando pabulum leo factus est. — Cyrus obiit cunctis populis æqualiter desideratus. — Lupus agno dicebat: Tu ac tui mihi raro parcitis. — Nostræ catenæ ferreæ, inqueiebant martyres, sunt auro pretiosiores. — Jacobi filii Josephum suum fratrem occidendi consilium inierunt. — Imperator Marcus Aurelius urbem Athenas suis beneficiis cumulavit.

Thème 4.

444-446. — Quam acerbum est dæmoni servire, at Jesu Christo servire quam suave est! — Sanctus Ludovicus, Gallie rex, in cælo nunc cum Jesu Christo regnat. — Urbem Antiochiam, ubi hiemabat Trajanus, terræ motus evertit. — Prosperæ valetudinis parens est frugalitas. — Galetes, qui in regis Ptolemæi aula versabatur, adolescens erat egregia forma et indole eximia. — Apud Spartanos, arma deponere ac præ hoste diffugere dedecus erat. — Indociles rebellesque pueri Deo summe justo pœnas persolvent. — Avia et mater Claudii sese in illum imperatorem valde acerbis exhibuerant. — Famem et bellum magis horrenda quam pestem rex David existimavit. — Homo falso pœnitens homines potest fallere; Deum autem non fallit. — Alexandro Sisygambis dicebat: Captiva ego sum, tu vero me reginæ nomine decoras. — Nabarzanus, equitatus magister, Bessusque dux Bactrianorum, detestandum Darii sui domini et regis vincendi consilium machinati sunt. — Lotho dixit Abrahamus: Ego et tu in eadem regione habitare haud possumus. — Miserimum est timere, timeri miserius.

Thème 5.

117-120. — Domino grata fuit Salomonis postulatio. — Patri Filius, et Patri Filioque æqualis est Spiritus Sanctus. — Soerates, ab infantiã, parca, durã, ac labori deditã vitã assuetus erat. — Ad summa natus erat Epaminondas. — Athenienses nauticarum rerum scientiã erant peritissimi. — Cyrus discendi necnon et gloriã acquirendã cupidus erat. — Ludibria tolerare assueti erant Spartani. — Ad commiserationem erga pauperes propensus erat Tobias. — Hypocrita Dei hominumque execratione dignus est. — Urbs Babylon haud erat obsessu facilis, *ou* Urbem Babylonem obsidere facile non erat. — Cretes ad mentiendum fallendumque erant valdè proclives. — Rex David cum suis patribus obdormivit, annis, divitiis et gloria cumulatus. — Naturali historiã studere jucundum est. — Alexander eloquentiã, poesis et litterarum erat studiosus. — Dionysius videndi Platonis maxime cupidus erat. — Numã, Romanorum regi, similis erat imperator Antoninus. — Sanctus Paulus christianis primùm intensissimus extiterat. — Ad laborem natus est homo, sicut avis ad volandum. — Ad voluptatem naturã proni erant Capuani. — Vir bonus, aiebat Cicero, inventu est difficilis.

Thème 6.

117-120. — David citharam pulsabat; cujus artis erat peritissimus. — Sancti Lupi, Senonensis archiepiscopi, familia regibus erat affinis. — Ecquando christianis infensi jam non erunt Judæi? — Milites frigus et æstum tolerare sunt assueti. — Ad cursum equus, ad agrorum culturam bos aptus est. — Xantippe, Socratis uxor, ad evomendas injurias erat alacris. — Justi morientis spectaculum, dicebat quidam orator celeberrimus, Deo, angelis hominibusque dignum est. — Exercitui omnem disciplinam abjicienti præesse difficile est. — Memnon Rho-

dus, vir admodùm strenuus artisque bellicæ peritissimus habebatur. — Claudio, imperatori romano, affinis erat sancta Mustiola. — Homo, ad libertatem natus, cum servitute non consuescit. — Dominus Israelitis iratus, dixit illis: Jam non ego vos in posterum liberabo; abite; quos vobis eligistis deos, illos implorate. — Lacedæmonii a teneris annis obtemperare sine mora primùm magistris, deinde magistratibus assueti erant. — Facile est a philosophis objecta refellere. — Propter primorum parentum nostrorum culpam, ad malum nos quam ad bonum sumus propensiores.

Thème 7.

121-127. — Dario Alexander fortior erat; Philippus Alexandro prudentior. — Eloquentior orator quam dux peritior erat Demosthenes. — Magis pius erat Numa Pompilius quam Romulus, primus rex Romanorum. — Octavia, Augusti soror, majori prædita erat virtute quam Livia, hujus imperatoris conjux. — Callidior erat Brutus quam putaverant Tarquini filii. — Socrates et Plato, veteres inter philosophos sunt celeberrimi. — Thessali optimi Græciã equites existimabantur. — Diu æmulæ fuerunt Roma et Carthago, fuit tandem Roma valentior. — Jesu Christi gratia est maxime omnium rerum homini necessaria. — Solon unus ex septem Græciã sapientibus exstitit. — Græcis nihil libertate erat pretiosius. — Ex omnibus terrestribus animalibus amplissimum est elephas. — Achabus vel magis impius fuit quam suus pater. — Nihil gloriosius est quam inimico ignoscere. — Ex eadem matre nati erant Josephus et Benjaminus; Benjaminus erat junior. — Varro maxime romanorum ducum temerarius habetur. — Infirmior erat Petrus quam putabat. — David, Saulis inimici sui mortem acerbè lugens, maxime omnium heroum magnanimum sese exhibuit. — Alexandro, ex omnibus suis aulicis, nullus erat Ephestione carior.

Thème 8.

121-127. — Deo dixit Elias propheta : Domine, mihi vitam adime; ego enim patribus meis melior non sum. — Latinorum oratorum eloquentissimus est Cicero. — Magis necessaria est aqua quam vinum. — Samuel majori quam sui filii virtute fuit præditus. — Lysias orator suæ ætatis peritissimus habebatur. — Nihil difficilius est quam injuriæ oblivisci; at nihil quoque præclarus. — Admodum pius erat Antoninus; illius autem uxor multo minori virtute erat prædita. — Habetur Archimedes maximè architectorum industrius. — Unus ex duodecim apostolis, nomine Judas, Jesum Christum prodidit. — Post diluvium, homines pejores quam prius fuerant se præstiterunt. — Satius est dare quam accipere. — Dion, Dionysii junioris levir, Syracusanorum sapientissimus habebatur. — Homerus est poeta Græciæ celeberrimus. — Statiram, Darii filiarum natu majorem Alexander uxorem duxit; Ephestion vero natu minorem. — Betis, Gazæ præfectus, se Dario magis fidelem simulque magis strenuum præstitit quam cæterarum civitatum præfecti. — Cunctis ex libris, nullus est cum Evangelio comparandus.

Thème 9.

128-132. — Terram colebat Cainus, Abel vero greges pascebat. — Nos virtutem miramur et scelus detestamur. — Luscinia cantus nos delectat. — Viris litteratis favebat Augustus imperator. — Pueris qui malis cupiditatibus se dedunt, imminent morbi acerbissimi. — Filii mi, tuos cole parentes illisque satisfacito. — Audire et tacere primùm discebant Pythagoræ discipuli. — Astus Annibali nunquam defuerunt. — Regi Pharaoni placuit Josephi consilium. — Moysi iratus est Dominus. — Alexander urbi Hierosolymæ minatus est. — Josephus Ægyptiis aliisque populis frumentum vendebat. — Esaus supplan-

tatus Jacobo mortem minari ausus est. — Pigros pueros ad laborem invitat formica. — Israelitis dixit Samuel : Viam bonam semper ego vos docebo. — Josephi fratres ad Jacobum regis Pharaonis tulerunt munera. — Ad divites et pauperes attinent effata evangelica. — Agis Lacedæmonios ad excutiendum Alexandri jugum impellebat. — Leges scripserunt Minos Cretibus, Lycurgus Lacedæmoniis, Solonque Atheniensibus.

Thème 10.

128-132. — Adolescentibus magnoperè nocent pravi libri. — Doctissimum quemque multa fugiunt. — Sanctus Ludovicus Isabellæ, sororis suæ, exsequiis interfuit. — Quæ Absaloni accidit calamitas, ea quoque rebellibus pueris accidet. — Desidiam pati non poterat imperator Antoninus. — Angelus Raphael juniorem Tobiam comitatus est. — Impios æterna manent supplicia. — Invidabat Cainus Abeli fratri suo cuius munera Domino placerant. — Hanno ad pacem Pœnos necquicquam hortabatur. — Regi Nabuchodonosori dixit Daniel : Tu rex regum es, et Deus cœli tibi robur, imperium ac gloriam dedit. — Sancta Mustiola Turcio judici divinam vindictam minata est. — Augusti mortem ou de morte Romanos diu celavit Livia. — Viros doctos probosque philosophos diligebat imperator Trajanus, et illis favebat. — Moysi præscripsit Deus sacerdotalium vestium formam, et cætera quæ ad cultum divinum spectabant. — Scythæ neque ulli imperare, neque ulli volebant obedire. — Sanctus Numidicus, Carthaginiensis sacerdos, ad martyrium perferendum christianos hortabatur.

Thème 11.

128-132. — Josephus Benjaminum ac post hunc suos alios fratres amplexus est. — Milites Jesum Christum duosque cum eo latrones crucifixerunt. — Præerat Titus romanis copiis quæ urbem Hierosolymam obsederunt. —

Mors singulis momentis nobis impendet, at plerique de morte minime cogitant. — Coriolanus Romam in exilium eiectus, suam ingratae patriae minatus est. — Modestia juvenes decet. — Mihi nihil habenti, dicebat Abdalonymus, nihil tamen unquam defuit. — Iratus est Theodosius imperator sancto Amphilochio qui ipsius (ou suo) filio Arcadio, veluti puero vulgari, palpatus fuerat. — Senes Spartani exquisitissimis dapibus jus nigrum praeponebant. — Tota urbs Antiochia sancto Joanni Chrysostomo obviam ivit, suumque illi reditum gratulata est. — Plerumque res prosperae ad summa ducunt infortunia. — Ad Infantem Jesum magi aurum, thus et myrrham tulerunt. — Rhetoricam et philosophiam Alexandrum Magnum Aristoteles edocuit. — Samuel Israelitis dixit: Timeate Dominum, et illi servite. — Legis promissa ad christianos magis quam ad Judaeos pertinebant. — Alexander suos milites ad persequendum acriter infamem Bessum, Darii domini et regis sui interfectorem, inflammabat. — Dionysius, Syracusarum terror, sibi met suaeque vitae tremebat.

Thème 12.

128-132. — Sanctus Clodoaldus beatum Arnulfum, suum patrem, qui sedem Metensem ante se occupaverat, plane imitatus est. — Jugurtham delectabat leones et alias feras venari. — Solam innocentiam gaudium decet. — Benedixit Deus Abrahamo qui suo unico filio non pepererat. — Summus pontifex Innocentius tertius sanctae Clarae exsequiis tota cum romana curia adesse voluit. — Quot et quanta calamitates Judaeis Jesu Christi interfectores imminebant. — Jesus Christus cruci affixus, sedem in regno suo bono latroni promisit. — Machabaeorum mater ad martyrium filios suos adhortabatur. — Angelus Raphael Tobiae ejusque filio dixit: Ego vobis veritatem patefaciam, nec vos meum arcanum celabo. — Sanctum Titum ad Corinthios bis misit sanctus Pau-

lus. — Astrologiam judicalem, inquit Tacitus, constanter improbarunt Romani, istique tamen scientiae constanter studuerunt. — Jugurtha, juvenis adhuc, sagittare et equitare didicit. — Sancta Julia caeteras mulieres christianas ad quoslibet cruciatus Jesu Christi causa tolerandos adhortata est. — Persae nunquam sibi solis, sed regi totique imperio sacrificia offerebant.

Thème 13.

133-136. — Salomon sapientiam a Domino petivit. — Omnia nos a Deo accepimus. — Alexander ex Ephastionis morte acerrimum concepit dolorem. — In Augustum Cinna conjuraverat: quod ab uno e conjuratis imperator audivit. — Tobias suo filio dicebat: Eleemosyna a morte aeterna liberat. — Propheta Samueli dixit Deus: Oleo tuam imple lagunculam. — Saul ab hostium sagittariis fuit graviter vulneratus. — Morbo lethali correptus est rex Ezechias. — Senatoribus probata est Muscii Scaevolae sententia. — Omnibus nota est Josephi historia. — Prudentibus fidisque amicis regi opus est. — Lex Judaeis porcina carne interdicebat. — Magnam mercedem a Domino accipiemus. — Divitiis abundabant Claudii imperatoris liberti. — Nulla re carebit puer qui timet Dominum. — Carthago ex Numidia audacem indefessumque equitatum; ex insulis Balearibus solertissimos orbis funditores; ac statarium invictumque peditatum ex Hispania educebat. — A frumento paleam olim Jesus Christus segregabit. — Josephus de sui patris adventu monitus, illi obviam prodiit. — Cordae contrito de peccatis nostris Deo loquamur, nec queramus de malis nostris. — De suo curru descendit Alexander, et Darii familiam reverenter accepit.

Thème 14.

133-136. — Hanno Annibalis victoriis non gaudebat. — Ferrea duntaxat moneta aliquandiu usi sunt Lacedaem.

monii. — Sanctus Antonius ab imperatore Constantino modestissimas accepit litteras. — Dymnus pluresque alii in Alexandrum conjuraverunt; quod rex audivit a Cebalino, fratre Nicomachi, qui id ab ipso Dymno audierat. — Domino indesinenter gratias agamus, qui quotidie novis nos cumulat beneficiis. — Urbs Troja, post decem annorum obsidionem, a Græcis capta est. — Carceris, exilii, imo et dirissimæ necis metu minimè commotus est Regulus. — Omnibus qui romanam legerunt historiam notum est Annibalis in Romanos odium. — Nobis omnibus opus est Jesu Christi gratiâ. — Deus Adamo et Evæ arboris scientiæ boni et mali fructu interdixerat. — Væ divitibus qui, bonis abundantes, pauperibus omni re carentibus nihil largiuntur. — Jesus e cruce pendens de suis inimicis non querebatur; imo contra, veniam suis tortoribus a Patre rogabat. — Jobo vulneribus onusto summa opus fuit patientia. — Omnes moriemur: hoc nos monet nox quæ diem excipit.

Thème 15.

133-138. — Cimon atheniensis civium pauperum miserebatur. — Deus Noemi ejusque liberorum recordatus est. — Sui filii Coriolani victoriis gaudebat Veturia. — Hebræi abundi copiam a rege Pharaone tandem obtinuerunt. — Pharaonem de Jacobi adventu Josephus admonuit. — Tres scelesti homines sanctum episcopum Narcissum atrocis sceleris insimulaverunt. — Argutus est Socrates religionem prodere, et cicutam potare jussus est. — Androclum in leonis societate vivere pertæsum est. — Imperatorem Claudium Messalinæ flagitiorum pudere debuisset. — Dei solius est futura prævidere. — Nostra interest de morte frequenter meditari. — O Domine, tuum est imperare; nostrum est tuis parere mandatis. — Una ex Lycurgi legibus auro et argento Lacedæmoniis interdicebat. — Reipublicæ romanæ Catonis consiliis opus erat. — Dixit filio suo Tobias: Unum te

moneo, ego Gabelo decem argenti talenta commodavi. — Regina Sabæ de sapientia Salomônis audivit, venitque eum invisendi gratiâ. — Sabbato sancto omnes lampades e cerei pascalis lumine accenduntur. — Moyses de monte Sinai descendens, legis tabulas gerebat.

Thème 16.

133-138. — Summoperè gavisus sunt Romani navali victoria quam a Pœnis Duilius reportaverat. — Post diluvium, homines legis naturalis sensim obliti sunt. — Stipem a divitibus petunt pauperes; sæpe autem ab illis nihil impetrant. — A tenebris lumen, terramque ab aquis Deus sejunxit. — Cainus Abelis sui fratris sanguine terram cruentavit. — Constantinopolitanus populus, sancto Joanni Chrysostomo obviam venit, de illius reditu monitus. — Putipharis conjugem non puduit horrendi criminis castum Josephum insimulare. — Exilio damnatus est sanctus Joannes Evangelista. — Athenis exire jussus est Alcibiades. — Filii Jacob sui fratris Josephi non miserti sunt, postea vero illos suæ erga eum crudelitatis poenituit. — Roboami regis intererat senum parere consilio. — Magistrorum est edocere, discipulorum vero dociles se præstare. — Vestrum est, o judices, viduam et orphanum tueri. — Tuum est quicquid est meum, ait Jesus Christus Patri suo, atque meum est quicquid est tuum. — Rebecca e fonte aquam hauserat, quam Elezèri, Abrahami ministro, obtulit. — Jesum cum apostolis de regno Dei loqui delectabat.

Thème 17.

133-138. — Unus est Deus in tribus personis: id ex Jesu Christo audierunt apostoli, idque nos ab apostolis accepimus. — A dæmonis servitute Christus nos liberavit. — Callipus Dionis vitæ insidiabatur; id hunc sua soror suaque uxor admonuerant. — Duo senes infames castam Susannam injustè accusaverunt; qui a Daniele

falsi testimonii convicti, capite damnati sunt. — Filii Jacob Josephi scyphum subripuisse arguti sunt. — Apollonius, unus ex Antiochi praefectis, a Juda Machabaeo devictus fuit et occisus. — Ut a suis filiis pater, sic a Syracusanis Timoleon diligebatur. — Matronis Trecentibus, non autem viris, probata est sanctae Genovefae sententia. — Imperatorem Diocletianum summae potestatis perasum est. — Absalonem suae adversus patrem rebellionis praemittere debuit. — Dicebat pius Tobias: Tua refert, fili mi, Deo servire tuosque colere parentes. — Nostra christianorum refert terrena contemnere. — Boni pastoris est suis pro ovibus mortem oppetere. — Neroni dixerunt Burrhus et Seneca: Tuam, non autem tuae matris est regnare; porro illis Nero fidem adhibuit.

Thème 18.

411-138. — Cyrus Cambysis, Persarum regis, et Mandanae, Astyagis Medorum regis filiae, erat filius. — Agnus mansuetudinis atque innocentiae, canis fidelitatis et amicitiae est effigies: contra, lupus, leo et tigris imago sunt impotentiae, rapacitatis et saevitiae. — Taxiles Alexandro sex et quinquaginta mole stupenda elephantes dono dedit. — Marcus Aurelius et Commodus propensi erant, prior ad mansuetudinem et temperantiam, posterior vero ad crudelitatem et libidinem. — Quis unquam astus et stratagemata excogitandi fuit Datame et Annibale peritior? Urbs Tyrus expugnata difficilior (*mieux*: Urbem Tyrum expugnare difficilium) fuit quam primum Alexander putaverat. — Peccavimus omnes: serio igitur de agenda poenitentia cogitemus. — Difficilium est divitias acervare quam prodigere. — Caracalla et Geta, imperatoris Severi filii, simul aliquandiu regnaverunt; Geta junior erat melior. — Nicanor, tu coeli et terrae Deo audes insultare. — Rosis consita est via qua mali gradiuntur; sed ad praecipitium ducit, areta via e contrario, ad salutem. — Cimonia praefecti ejus mortem hostes, imo et socios celaverunt.

Thème 19.

411-138. — Plus quam quadraginta Judaei de interficiendo sancto Paulo conspiraverunt: quod ille a suae sororis filio audivit. — Capite Melitus, unus ex Socratis accusatoribus, exilio autem caeteri damnati sunt. — Igne non hominis manu accenso impius vorabitur. — Saulem Herodemque sui temerarii jurisjurandi poenitere debuit. — Regi Pharaoni respondit Josephus: Non meum, Dei autem solius est benignum tibi dare responsum. — Sanctus Augustinus carpentibus maledico dente absentes suam mensam interdixerat. — Principes sacerdotum Jesum deridebant expirantem, de eoque dicebant: Descendat nunc de cruce atque illum Dei Filium agnoscemus. — Malis, piris aliisque ejusdem generis fructibus vescebatur Cadusii. — Christianus e religione haurit consolationes, nequaquam suam conditionem queritur, sapienterque bonis utitur quae a Deo accepit. — Deus Alexandri mentem ab obsidendae urbis Hierosolymae consilio avertit. Solon de Pisistrati insidiis, certiores fecerat Athenienses, quos de iis vitandis quidem monuit, sed frustra. — Pygmalion vescebatur fructibus quos ex sui horti arboribus collegerat. — Cyrus laborum suorum ac victoriarum fructu fruebatur, Persis et populis subactis pariter dilectus.

Thème 20.

411-138. — Non cibus, non potus, non vigilia, non somnus sine mensura quadam prosunt. — Multi saepe malitiam sapientiam judicant. — Ulciscendae injuriae facillior ratio est quam beneficii remunerandi. — Asia populi romani facta est. — Ludovicus servire quam pugnare mavult. — Plus quingenta agri jugera possidet. — Romani bella quaedam fortius quam felicius gesserunt. — Non eadem omnibus sunt honesta ac turpia. — Scipio Aemilianus mane in lectulo mortuus repertus est. — Nunquam reges ex adulatoribus verum audiunt. — Romani

semper appetentes gloriæ avidique laudis fuerunt. — Non te celavi colloquium cui interfui. — Terra quæ vitibus, est apta, etiam arboribus utilis est. — Saguntini frustra a Romanis auxilium speraverunt. — Improbi secernant se a bonis. — Tu me de retinenda Sextii gratia monuisti. — Attila, sancti Lupi virtutem admiratus, urbi Trevis pepercit. — Mors a senectute non longe abest. — Scelus erat Romanis scribere aut proferre Getæ nomen, quem sævus Caracalla inter Juliæ ipsorum matris brachia trucidaverat.

Thème 21.

139-143. — In Italia vicit Annibal, et in Africa victus est. — Attila Hunnorum rex, plures Romani imperii provincias depopulatus est, et cum formidando exercitu in Galliam irrupit. — Sancta Paula, Romæ nata, Bethleemi obiit. — Judas et milites qui Jesum Christum quærebant divinitus humi prostrati sunt. — Ixit sanctus Franciscus Salesius Avenione Lugdunum; quæ in urbe mortuus est. — Apud Tarquinium Priscum cum regis filiis educatus fuit Servius Tullius. — Ephestionis corpus Babylonem delatum est. — Imperator Augustus, ex Asia rediens, per Athenas iter fecit. — Samson, a sua conjuge proditus, suum ad patrem valde iratus prodiit. — Agar a Sara, cujus ancilla erat, aufugit. — Agesilaus ex Asia proficiscens, veluti populorum communis pater desideratus est. — Romam revertens Pompeius voluit per philosophi Possidonii domum iter agere. — Ab occidendo Abele (ou occiso Abele) redibat Cainus, et Dominus illi istius sceleris pœnam denuntiavit. — Imperator Adrianus in urbe Athenis totam hiemem transegit. — Via Appia Brundisium iter feci. — Titus Livius Romanorum res domi militiaque gestas exposuit. — Non Massiliam, sed ad Massiliam venit Cæsar, inde in Hispaniam transit.

Thème 22.

139-143. — Dion, a Dionysio tyranno Syracensis pulsus, Megaram confugit. — Terentius poeta, Carthagine natus, Romæ institutus est. — Exclamabat David in cubiculo deambulans : O Absalon fili mei ! O fili mi Absalon. — Thrasybulus, tyrannorum victor, cunctos exules Athenas revocavit. — Annibal et Scipio apud Antiochum, Syriæ regem, inter se collocuti sunt. — Tres angeli qui Sodomam everterunt, per Abrahami tabernaculum iter fecerant. — Scipio Africanus, ingratham patriam fugiens, rus in villam suam concessit. — Sanctus Lupus sanctusque Germanus, a Galliæ præsulibus missi, in Angliam unâ profecti sunt. — Annibal, Carthagine profectus, primum ivit Ephesum, ubi Antiochum, Syriæ regem, nactus est. — Themistocles, Athenis aufugere coactus, se contulit ad Admetum, Molossorum regem, a quo comiter exceptus est. — Sanctus Prudentius, qui ex Hispania in Galliam transiit, Trecensem ad sedem promotus est. — Esao, a peragrandis agris redeunti, dixit Jacobus : Tuum primogeniti jus mihi vendito ; illudque ei Esaus vendidit. — Marcus Aurelius Romam rediens, in urbe Smyrna diu commoratus est. — Catilina via Aurelia profectus est Roma.

Thème 23.

144-146. — Deus die septima quievit. — Sex et sexaginta annos regnavit ille Pharaon qui Israelitas crudeliter vexavit. — Tres intra dies pestis septuaginta Israelitarum millia interemit. — Pistorum præfecto dixit Josephus : Tres post dies tu patibulo affigeris, et caro tua ab avibus vorabitur. — Ninives moenia centum pedes alta erant. Saul toto capite cæteris major eminuit. — Coriolanus ad quartum a Roma lapidem castra posuit. Josephus viginti nummis argenteis venit. — Hora post meridiem tertia obiit Jesus Christus. — Elephas centum, nonnunquam centum et viginti annos vivit. — Cœna gulosi Vitellii quoti-

diana duodecim nummorum (ou scutorum) millibus constabat. — Jonas in piscis immanis ventre tribus diebus tribusque noctibus inclusus fuit. — Lutetia trecentas et triginta circiter leucas a Roma distat. — Lacus Mæris trecentos pedes altus erat. — Unam intra noctem angelus Domini centum octoginta quinque Assyriorum millia occidit. — Cœpit Jonas clamare : Post quadraginta dies Ninive evertetur. — Cæsar ad vigesimum circiter a Lugduno milliarium memorabile commisit proelium (1). — Aliquot uncis Ephestion Alexandro major erat.

Thème 21.

144-146. — Noëmus per annum totum in arca cum sua familia mansit inclusus. — Anno Jesu Christi (ou a Nativitate Domini) septuagesimo urbs Hierosolyma, solo adæquata est. — Babylonis mœnia quinque et septuaginta pedes crassa trecentosque alta erant. — Trium circiter leucarum spatio a Corsica distat Sardinia. — Quem funda sua David prostravit Goliathum, hic illo quatuor saltem pedibus major erat. — Plinius historicus ad duodecimum a Neapoli milliarium Vesuyii fumo præfocatus est. — Perfidus Judas qui unam unguenti libram, scilicet paululum odoris et fumi, trecentis aestimaverat denariis, Jesum Christum unicum Dei Filium triginta denariis vendere non erubuit. — Plato anno ante Jesum Christum (ou ante Christum natum) trecentesimo quadragesimo octavo obiit. — Centum et decem annos vixit Josephus Jacobi filius. — Socrates dies triginta in carcere detentus est. — Salomonis templum septem intra annos, ter millesimo orbis conditi anno, perfectum est. — Gabriel angelus Danieli prophetæ dixit : Post novem et sexaginta hebdomadas occidetur Christus. — Pyrrhus ad vigesimum a Roma lapidem castra posuit. — Nongentos sexaginta novem annos vixit Mathusala.

(1) On pourrait dire aussi bien : Viginti circiter a Lugduno millia.

Thème 25.

147-148. — Nabarzanes ac Bessus catenis aureis Darium viuxerunt. — Samson siti eneetus confugit ad Dominum qui ipsum exaudivit. — In Angliam iverunt sanctus Germanus et sanctus Lupus ad refellendos Pelagianorum errores. — Achior, Holophernis jussu, manibus pedibusque ad arborem alligatus est. — Germani noctem et diem potando libenter consumebant. — Jesus Christus suarum ovium causâ suam vitam dedit. — Augustinus, peccatis adhuc implicatus sanctum Ambrosium auditurus ibat. — Mariam veneremur; per eam enim Jesum suscepimus. — Samson asini maxilla mille Philistæos occidit. — Siti interibat Darius; miles Macedo aquam ei attulit. — Urbs Tyrus quam Sidonis filiam vocat Isaias propheta, suam matrem magnitudine, opibus et potentia brevi superavit. — Dæmon in nostrum exitium iut, nostram in salutem Deus, vigilat. — Abrahamus, ad obediendum Deo, unico filio suo non pepercit, jam enim Isaaci immolandi causâ gladium arripuerat. — Cœnus, unus ex optimis Alexandri præfectis, in India morbo interiit. — Parricida barbarie belluas superat.

Thème 26.

147-148. — Eamus deambulatum, ait Abeli fratri nequam Cainus, in eumque irruens, illum occidit. — Sanctus Antonius sanctusque Paulus, eremita, in cantandis psalmis noctem egerunt. — Jesum adoremus eique gratias agamus; per eum enim peccatorum nostrorum veniam impetravimus. — Romanos e somno excitavit Manlius, citoque ad Gallos arcendos venerunt. — Ad quidlibet suæ matris gratia paratus erat Coriolanus. — Scythæ eminens sagitta, cominus jaculo dimicabant. — Salomoni dixit Dominus : Tu doctrina et sapientia cum antecessores, tum posteros superabis. — Angelus prophetam Habacuc capillis apprehendit, illumque Babylonem transtulit. — In suam perniciem impii Achabi filiam uxorem

duxit Joramus. — Jugurtha ad corrumpendos senatores romanos pecuniæ non parcebat. — Per archangelum Raphaellem Deus Tobiam ejusque filium beneficiis cumulavit. — Sanctus Vincentius a Paulo, viginti annos natus, Tolosam theologiæ studendi causa ivit. — Salomonis regnum, in flagitiorum pœnam, inter Roboamum ejus filium illiusque servum Jeroboamum divisum est.

Thème 27.

149-150. — Sisygambis quæ Darii erat mater, Alexandri captiva facta est. — Sana me, Domine, et ego sanabor; salvum me fac, et ego salvus ero. — Apud vos non erit duplex pondus nec duplex mensura; id vetat Deus. — Deus Tobiam et Saram, Raguelis filiam, qui ad ipsum confugerant, uno eodemque tempore exaudivit. — Aqua et vinum quæ miscet sacerdos, sanctum sacrificium offerens, grande mysterium exprimit. — Jesus Christus suos eligens apostolos, quos voluit vocavit. — Regi Balthasari Daniel dixit: Tui regni dies numeravit Deus, illiusque finem signavit. — Nabuchodonosor urbem Hierosolymam cepit ac diripuit, eique ignem iniecit. — Deus cui nos his in terris servire debemus, nobis æternam in cœlo mercedem promittit. — Pauperes quorum curam nos negligimus, hi tamen sunt Jesu Christi fratres. — Rex Ægyptius, cui ignotus erat Josephus, Israelitas operosis laboribus oppressit. — Occiderunt Tyrii caduceatores per quos ad pacem ipsos Alexander invitabat. — Stellas contemplare, earumque prodigiosum demirare numerum. — Superba Babylon ferarum nocturnarumque avium latibulum facta est; hoc Isaias prædixerat. — Alexander, regis Pori magnum demiratus animum, suum ei regnum non ademittit, imo huic alias adjunxit provincias.

Thème 28.

149-150. — Quod a Salomone ædificatum fuerat templum, illud a Babylonis rege incensum est. — Josephus et

Maria, quorum virtutes nos debemus imitari, pauperes mundoque ignoti vixerunt. — Jugurtha omnibus suis coætaneis præstabat, ab illis tamen diligebatur atque æstimabatur. — Deus quem adorare et cui indesinenter gratias agere debemus, nostrum erit præmium. — Caesar a quo subacta fuit Gallia, in senatu suis ab amicis trucidatus est. — Socrates, cujus pater sculptor erat, sculpturæ peritissimus ipse evasit. — Rex Balthasar in majorum suorum sepulchro non fuit conditus; hoc prænuntiaverat Isaias propheta. — Confugiamus ad jejunium et orationem quæ nostræ salutis hostis formidat. — Sylla quem dictaturæ tædebat, illâ se dignitate abdicavit. — Jesus Christus quem diligere et cui fideliter servire tenemur, nobis sedem in suo regno parat. — Junior Tobias ea quæ suus ipsi præscribebat pater sedulo perficiebat, optimorumque monitorum quæ ab illo acceperat nunquam oblitus est. — Ad Carthaginienses, quibus perito duce opus erat, Lacedæmonii Xantippum miserunt. — Sol, cujus nos fulgorem demiramur, die quarta creatus est.

Thème 29.

151-153. — Quis unquam Samsone robustior exstitit? — Mariæ Magdalene apparuit Jesus, eique dixit: Mulier, quid ploras? Quem quæris? — Deus dixit Caino: Quid fecisti? Tui fratris sanguis ad me clamat. — Superba urbs Tyrus maris se reginam dicebat. — Judæi Jeremiæ minis nequaquam terrebantur. — Quid magis detestandum quam hypoerisis (ou vanæ virtutis ostentatio)? — Quisnam exercitus imperator Epaminondam unquam superavit? — Quanta fuit post Jesu Christi resurrectionem apostolorum lætitia! — Josephi scyphus in Benjaminis sacco repertus est. — Potest exercitatio et temperantia etiam in senectute aliquid pristini roboris conservare. — Nihil boni meus divinat animus. — Quis ex apostolis suum Dominum prodidit? — Cuinam rei olim studebant christiani? Evangelio. — Quid adolescentibus magis exitiosum quam pravi libri? — O Domine, exclamabat David, quid mali

oves illæ commiserunt? percutere me, sed tuo parce populo. — Quis unquam Annibale fuit artium feracior. — Maria angelorum hominumque regina se Domini humilem ancillam vocabat. — Medici sæpè falluntur. — Cæsar sibi mortem subitam celeremque optaverat: factus est voti compos.

Thème 30.

151-153. — Quis unquam inter exercituum imperatores animos tractandi peritior fuit Alexandro? — Quis Dei omnipotentis brachio resistere potest? — Tremens ac perterritus Saulus Deo dixit: Domine, quid me vis facere? — Quid difficilius simulque præclarius quam injurias oblivisci? Samuel Sauli dixit: Virum juxta cor suum sibi elegit Dominus. — Quid nobis esse debet horrore, nisi peccatum, quod Jesum Christum cruci affixit. — Quid melle dulcius, quid leone fortius? — Jonas nautis dixit: Me in mare projicite, et residet tempestas. — Judas laqueo se suspendit: magis probrosâ manu mori nequibat proditor. — Germani Varum invaserunt nihil tale timentem. — Romæ, civilium bellorum tempore, nihil pristinae disciplinæ supererat. — Cogitemus de vitandis ignibus qui nunquam extinguuntur. — Quemnam ex veteribus philosophis Socrati æquipares? — Quantas ærumnas hauserunt Judæi a Romanis in urbe Hierosolyma obsessi! — Nihil est, crede mihi, virtute jucundius, nihil pulchrius. — Ætas, quod est petulantia in adolescentia, id aufert. — Quis finxit os hominis eique vocem dedit?

Thème 31.

155-157. — Jesus Christus suas oves verbo suo, sua carne, suoque alit sanguine. — Abelem ejusque dona vultu propitio aspexit Deus; at Caini, illius fratris, munera neglexit. — Apud Ægyptios, perjuri capite damnabantur. — Divitibus invidetur. — Antiochum divina insequabatur vindicta. — Arianis favebat imperator

Constantius. — Senectutem omnes reverentur. — E templo abrepta gladiisque trucidata est Athalia. — O Jesu, suum animæ meæ, tuæ dilectæ sponsæ decorem pristinum restitue. — Suos mater liberos, suam maritus conjugem, suum amicus amicum diligit. — Neronem sui regni initio admirati sunt Romani, sed postea ab isto abhorruere. — Simulacro quod *Bel* vocabant similitæ duodecim mensuræ, quadraginta verveces, vinoque plena sex vasa grandia quotidie offerebantur. — Ex Horatio poeta, athleticis vino interdcebatur. — Datames vi aperta Thyum aggressus, istum nec non et illius uxorem eorumque liberos apprehendit. — O Jesu, suam dæmoni prædam suosque servos eripuisti. — Sæpius martyrum legis historiam: vere miranda est illorum patientia. — In Davidis civitate sepultus est Salomon, et suus ei filius successit.

Thème 32.

155-157. — Bellica Turennii facinora tota Europa demirata est. — Apud Persas, aspere castigabatur linguæ intemperantia. — Interdum haud minus dictis quam factis nocetur. — Josephus sexdecim annos natus, sui patris oves pascebat. — Juvenis prodigi pater suis famulis dixit: Repertus est filius meus qui perierat; cito sua eum pristina toga induite. — Dei amicus erat Moyses: ejus frater et soror qui illi invidebant, pœnas dederunt. — Cyrus junior suum fratrem Artaxerxem desolio deturbare voluit, at sua ipsi ambitio exitio fuit. — Sua Judam perdidit avaritia. — Quos plures romani imperatores persecuti erant christianos, iis favit imperator Constantinus. — Mendacem omnes detestantur. — Crucis viâ ad cæli gloriam pervenitur. — Plerumque ut quisque vixit, sic moritur. — Sine prælio nemo victoriam reportat. — Judas Machabæus prælium committere decrevit: milites ejus, leonum instar, in hostes irruerunt. — Porus quem sua non fregerat clades, regis ritu haberi voluit. —

Suæ Mariam singulares et eximiæ virtutes supra angelos extulerunt.

Thème 33.

158-162. — Ubinam gentium fidelem amicum reperias? — Pridie diei sabbati, Josephus et Nicodemus Jesu corpus sepelierunt. — Hominum gratia mortuus est Jesus-Christus. — Priscos apud Romanos, senes ferè deorum more colebantur. — Annibal parum vini potabat. — Ivit obviam Jacobo Josephus, flensque eum amplexus est. — In Mesopotamiam ivit Jacobus, ibique annos viginti mansit. — Egyptus vicinis regionibus frumentum suppeditabat; quapropter eo ierunt Jacobi filii. — In montem Nebo ascendit Moyses, atque indè Promissam Terram conspicatus est. — Magi, qui per Hierosolymam iter fecerant, haud eadem via abierunt. — Nusquam gentium hominem sua sorte contentum invenies. — Cato, sui fratris causâ, valde periculosum iter suscepit. — Judas Machabæus ejusque milites leonum instar dimicabant. — Pyrrho cuncta ferro et igni vastanti obviam ivit consul Levinus. — In insula Creta sanctus Paulus Evangelium prædicavit; ibi haud diu commoratus est; Titum vero sibi carum discipulum ibi reliquit. — Festum sancti Mauri, primi discipuli beati Benedicti, decimo octavo calendas februarii, id est, quinto decimo januarii die celebratur.

Thème 34.

158-162. — Alexander Parmenionem misit Damascum, ubi Darii gaza erat. — Magnam olei ac vini, necnon et aureorum malorum, citreorum aliorumque fructuum copiam fert insula Corcyra. — Dionysius Junior, Syracusis pulsus, eo vi iterum intravit. — Socrates, pridie quam mortuus est, admodum tranquillè dormiebat. — Undique per septem inopiæ annos, frumenti emendi causâ, in Egyptum itum est. — Coriolanus, mæ-

tris suæ gratia Romanis injuriam ab illis acceptam condonavit. — Christiani pridie diei festi Assumptionis beatæ Virginis Mariæ jejunant. — Nulla est regio ubi feracius sit solum quam in Ægypto. — Rebus adversis, ait quidam auctor, amici falsi hirundinum more evolant. — Assyriæ rex Hierosolymam non intravit, et quâ venerat, eâ reversus est. — Satis frumenti gignit Peruvia; ibi multum auri et argenti reperias. — Cyrus, postridie quam proelium cum Babyloniis et Lydis commisit, in urbem Sardes processit. — Toto in imperio, minus autem Romæ quam alibi, desideratus est imperator Adrianus. — Nusquam gentium, aiebat Micipsa, amicos fratribus tutiores reperias. — Sanctus Lupus, pontificiis vestibus indutus, obviam ivit Attilæ, Hunnorum regi, qui se ipse Dei Flagellum dicebat.

Thème 35.

163-165. — Multum orizæ, milli, sacchari, thuris et casie producit India (ou multam orizæ, etc., copiam producit). Aliquantulum aquæ, et dein paululum panis propheta Elias a quadam vidua poposcit. — Deus Ge-deoni dixit: Tibi sunt nimis multi milites. — Quanti Titum faciebant Romani! — Quanto bestiis homo suâ naturâ præstat! — Judæis propheta dicebat: Multum sevestis, et parum collegistis. — Jesu Christi gratiam, sanguinis ejus pretium, nunquam nos satis magni faciemus. — Ajax Ulyssi dicebat: Quid tu Achillis petis clypeum, cujus pondus te obruat? — Quanti æstimabatur Alexandri equus, Bucephalus nomine? Tredecim talentis? Quanti valebat talentum? Mille nummis (ou scutis). — Quis Jesu Christi amorem in homines non miretur? — Plurima parit scelera divitiarum cupiditas. — Regis Persennæ scribam pro rege ipso Mucius Scævola occidit. — Judæis, Jesum Christum illis commonstrans, dixit Pilatus: Ecce Homo. Nos vero sæpe dicamus: Ecce Homo Deus quem nostra delicta cruci affixerunt. — Væ nobis quia peccavimus! — Quin Charidemi consilio parebat

Darius? — Quot populos sanctus Paulus ad fidem adduxit!

Thème 36.

163-165. — Veteres magnam simplicitatem cum magna dignitatesociabant. — Quam modestus erat Turennius! — Multo malebat rex Cyrus amari quam formidari a sibi subditis. — Davidem loquentem audiens Eliabus, valde iratus dixit illi: Quid hic agis? Quin tu ad tuum gregem redis? — Jacobi filii, Josephum suum fratrem accedentem videntes, inter se dixerunt: En somniator noster: istum interficiamus. — Heu! quam diuturnum est meum exilium! — O coelestis Jerusalem! quam jucunda est cordi meo tui memoria! — Nabal a Deo percussus mortuus est. — Paulo post David Abigailem uxorem duxit. — Quantum Galli sanctum Ludovicum revereabantur ac diligebant! — Magni nostram refert quod in aeternum maneat acquirere. — Plerisque juvenibus voluptatum ardor exitio est. — Omnibus nota sunt Catonis suum in fratrem amor, ejusque erga rempublicam studium. — Pro Juda, qui, prodito suo Domino, sese suspenderat, sanctum Mathiam elegerunt apostoli. — Erat Socrates, ut falsorum numinum cultor, veri amantissimus. — Sint adolescentes paulo magis temperantes, fientque erga egenos multo beneficentiores.

Thème 37.

163-165. — Quam suave est Domino servire! — Quenam regio plus hordei, orizae et frumenti gignit quam Aegyptus? — Alexander in praelio propè Granicum leviter vulneratus est. — Quanti constat momentanea voluptas! — Onias, Judae Machabaeo Jeremiam ostendens, illi dixit: Ecce Jeremias qui huic populo totique sanctae civitati multum exorat. — Dicit mundus: Vae pauperibus! Contra exclamat Jesus Christus: Vae vobis divitibus. — Jacobus, pavore percussus, exclamavit: Quam terribilis

est locus iste! — Multa mala aurea fert Lusitania. — Varroni sat magna forsitan fortitudo, sed parva prudentia inerat. — Samson multo plures Philisthaeos interfecit moriens quam vivus occiderat. — Rex Childebertus, die quadam assium aureorum sex millia misit ad sanctum Germanum, cujus in pauperes amorem noverat. — Athenienses suo libertatis amore claruerunt. — Josue foedus Deum inter et Israelitas renovavit. Paulo post obiit, centum et decem annos natus. — Quantam fidem exhibuit Abrahamus! Heu me miserum! exclamabat Jeremias propheta. — Sancti praesulis Praejecti loco, sicarii sanctum abbatem Damarinum trucidarunt. — Populo respondit Roboamus: Pater meus vos virgis cecidit; ego vero vos caedam scorpionibus.

Thème 38.

166-170. — Quisnam Deo magnificum templum aedificavit? Salomon, Davidis filius. — Quoto die Deus solem, lunam et stellas creavit? Quarto die. — Uter eloquentior est, Demosthenesne an Cicero? Nescio. — Quis Jesum Christum prodidit? Judas. Juda perfide, quem tu prodidisti? tuum Dominum. — O Roboame, cujusnam intererat senum consilio parere? Mea. — Tobias iter suscepturus ducem fidelem quaesivit. — Corpus in Dei legem rebellans castigandum est. — Juvenes ad laborem sunt incitandi. — Biberuntne Jacobus et Joannes calicem quem Jesus Christus biberat? biberunt. — Num in Jesu Christi regno duas primas sedes obtinere? Non obtinere. — Quisnam Xerxem, Persarum regem, occidit? Artabanus, unus ex illius ducibus. — Quisnam Xerxis mortem ultus est? Artaxerxes, ejus filius, cui etiam insidiabatur Artabanus. — Duos inter latrones Jesus Christus expiravit: quoto erat hora? Post meridiem tertia (ou tertia pomeridiana). — Quanam re Lacedaemoniis interdixerat Lycurgus? Auro et argento. — Nonne mortuus est Elias propheta? Non mortuus est. — Quoto anni mense celebratur festum Resurrectionis Do-

mini Nostri Jesu Christi a mortuis? Mense martio vel aprili.

Thème 39.

166-170. — Jesus Christus in cælum ascensurus, Bethaniam suos duxit discipulos. — Diligendi sunt fratres nostri, eorumque vitia sunt perferenda. — Jesu Christi mysteriis et exemplis studendum est. — Populo dicere ausus est Pilatus: Utrum dimittam, Jesumne an Barabam? — Quis Jesum Christum ter ejuravit? Petrus. — Debilis discipule, quem tu ejurasti? Deum tuum. — Quid sibi parant peccatores daemone serviendo? Inferos. — Quid tituli appetebat Alexander? Dei titulum. — David, cum Goliatho decertaturus, baculum suum, suam fundam et quinque perpolitos lapides sumpsit. — Fugiendæ sunt desidia omnesque peccandi occasiones. — Caro jejunio domanda est. — Cupiditatibus resistendum, et adversus Satanam luctandum est. — Quinam Jesum Christum Judæis traditum dereliquerunt? Apostoli. Apostoli infelices quemnam vos dereliquistis? ducem regemque vestrum. — Quânam re Adamo et Evæ interdixerat Deus? Arboris unius fructu. — Quoto anno crematum est sancti Claudii corpus quod multa per sæcula integrum servatum fuerat? anno millesimo septingentesimo nonagesimo tertio. — Devicitne Pompeium Cæsar? Devicit. — Nùm sui generi caput videns lacrymas cohibere potuit? non potuit. — Quoto anno expugnata est a Mahumeto secundo urbs Constantinopolis? anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio.

Thème 40.

139-170. — Alexandriam, ad refellendum Arianorum errorem, ivit sanctus Antonius. — Sanctus Lucianus vitam libros transcribendo tolerabat. — Timoleon Carthaginenses, qui tamen omnium orbis populorum fallacissimi habebantur, solertissimè delusit. — Homo

constat corpore et anima quæ mirum in modum conjunxit Deus. — Tobiae dixit Raphael angelus: In Mediam tuam ducam filium, atque inde illum reducam. — In montem Calvarium ductus est Jesus, ibique duos inter latrones crucifixus est. — Darius primus se hominum optimum ac pulcherrimum dicebat: quanta ostentatio! — Quinam Jesum Christum crucifixerunt? milites. O barbari, quem vos cruci affixistis? judicem ac Deum vestrum. — A quo trucidatus est Philippus, Macedoniae rex? — A Pausania, juveni Macedone, qui illum sica confecit, atque ipse extemplo est discerptus. — Mille et quingentos duntaxat passus ab Italia distat Sicilia. — Qui Samsonem apprehendere jussi fuerant, hunc duobus crassis novisque funibus vinctum e spelunca eduxerunt. — Nonne ipsi philosophi illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt?

Thème 41.

139-170. — In Ægypto plerumque octobri aut novembri mense fit sementis, mense autem martio aut aprili frugum fit perceptio. — Carthago sexcentos annos maris (ou mari) potita est. — Magi humi se prostraverunt, ut Jesum Christum in stabulo natum adorarent. — Imperator Vespasianus voluit per Græciam iter agere, ut Alexandria Romam rediret. — Labanus, ad Eliezerem accedens, ait illi: Ingredere; cur stas foris? — In Hispania minus frumenti quam vini et olei colligitur. — Manna quod pridie diei sabbati colligebatur, biduum servabatur incorruptum. — Plures episcopi, pauperum gratiâ qui fame cruciabantur, vasa sacra vendiderunt. — Virgilium et Horatium, poetas latinos, Gallici poetæ imitati sunt. — Nimio plures terrestres divitiæ, nec satis magni bona fiunt caelestia. — Prava sæpius quam bona exempla imitamur. — Pompeius, Ptolemæi Alexandriae regis jussu, sub conjugis suæ suorumque liberorum oculis, pugione perfossus est. — Decem annos regnavit imperator Vespasianus; sui ei filii per ordinem successerunt. —

Quantum distat a Parisiis urbs Burdigala? centum quadraginta quatuor leucas. — Multo sanguine Pœnis victoria stetit. — Alexander equo per Babylonem vectus est.

Thème 42.

139-170. — Achilli dicebat Ulysses : Cur potentem urbem Trojam dubitas subvertere? — O Juda, quod Maria Magdalene effudit unguentum quanti tu facis? trecentis denariis ; quanti autem Jesum Christum? triginta. Quanta est tua cœcitas! — Quanto ceteris populis feliciores sunt christiani! — In montem ascendit Moyses manu tenens virgam quâ Deus tot miracula patraverat. — Artaxerxes omnium suæ ætatis hominum formosissimus habebatur; sed multo magis collaudabantur ejus benignitas ac munificentia. — Jesus Christus, Deus et homo, opprobriis saturatus est; at quanto ante id prænu-tiaverant prophetæ! — Medicam artem parvi faciebat Tiberius. — Heliogabalus Romanorum erga Alexandrum suum fratrem studium videns cepit illum odio habere, illumque neci dare voluit. — Abdalonymus suam propter virtutem solio dignus æstimatus est. — Judæi pro sceptro arundinem et pro diademate spineam coronam Jesu Christo dederunt. — Moyses Israelitis dixit : Isto vespere edendam carnem vobis daturus est Dominus, cras autem pane vos satiaturus est. — Semper æqua peccato poena irroganda est. — Creatis bonis utendum, non autem abutendum est. — Pridie nonas aprilis, scilicet quarto die mensis aprilis sanctum Isidorum Hispalis in Hispania antistitem, celeberrimumque Ecclesiæ doctorem honoramus.

Thème 43.

139-170. — Galli gallinacei cum sole eunt cubitum. — Injurias ferendo majorem laudem quam ulciscendo mereberis. — Viginti talentis unam orationem Isocrates vendidit. — Duodequadraginta annos tyrannus Syracusa-

norum fuit Dionysius. — Per annos quatuor et viginti primo bello punico certatum est. — Hæc omnia intra decem annos perfecta sunt. — Nimium boni est cui nihil est mali. — Virtutem omnibus rebus multo antepono. — Num infelix est Fabricius, quod agrum suum ipse fodit. — Uter nostrum popularis est : egone an tu? — Num quid novi hodie ad forum processit? — Quâ re imprimis abstinendum est? mendacio. — Cui rei studuit? nulli rei bonæ. — Chrysogonus vas Corinthium magno pretio mercatus est. — Graculus se pavonum immiscuit gregi. — Homo doctus divitias in se habet. — Sua populo romanæ libertas magno stetit. — Familiarem meum tibi commendo ; rebus omnibus ejus consule. — Annibalem sui cives e civitate ejecerunt. — Tria videnda sunt oratori. — Suo cuique utendum est iudicio. — Omnia sunt incerta, cum a jure discessum est. — Maximè admiramur eum qui pecuniâ non movetur. — Iphicrates cuius admirationem sui injiciebat. — Tullia, viâ quæ postea via Scelerata dicta est iter faciens, patris sui corpus pedibus conculcavit.

Thème 43 bis.

170 bis et ter (1). — Populus judæus unanimi voce exclamavit : Crucifigatur Jesus. — Gabriel angelus Zachariæ dixit : Ne timeas; filium qui coram Domino magnus erit uxor tua concipiet et pariet. — Pauperem ne contemnat dives. — Frumentum Dei sum, exclamabat

170 bis et ter. — Le peuple juif s'écria d'une voix unanime : Que Jésus soit crucifié. — L'ange Gabriel dit à Zacharie : Ne craignez point, votre épouse concevra et enfantera un fils qui sera grand devant le Seigneur. — Que le riche ne méprise point le pauvre. — Je suis le froment de Dieu, s'écriait S. Ignace

(1) La plupart de ces phrases sont extraites des thèmes 48 à 51. Nous les plaçons ici, parce que c'est après le n° 170 que sont transposées dans la nouvelle édition de notre *Grammaire latine simplifiée* les règles se rapportant à ce sujet.

sanctus Ignatius, utinam ferarum dentibus molar! — Quis credat? Nero, initio regni sui, ad lenitatem propensus videbatur. — Dixit Assuerus: Advocetur Aman, et quod ab ipso expetit regina faciat. — Fili mi, ait Sapiens, vinum ne aspicias, cum splendet in poculo: jucunde quidem illabitur, sed postremo serpentis instar mordet. — Suis validis mœnibus ne confidat Babylon: istam quippe urbem evertere statuit Dominus. — Absalon, fili mi, fili sui Absalon, utinam pro te ego moriar! — Quisnam suis inimicis non ignoscat, cum Jesum Christum videt suis pro tortoribus orantem. — Ego libenter tecum colloquar.

Utinam dives quilibet, veluti Jobus, possit dicere: Pauperibus quod a me postulabant, non ego denegavi. — Abrahamus Lotho dixit: Ne sit, quæso, ullum jurgium inter me et te, meos inter pastores et tuos. — Quis nonnullorum divitum erga pauperes acerbiter non vituperet? — Salomoni filio suo qui post se regnaturus erat, dixit David: Sapientiam tibi det Dominus; suam legem fideliter servare te edoceat. — Dixit Ruben fratribus suis: Nolite Josephum occidere, hunc potius in istam cisternam projicite; at manus vestras vestri fratris sanguine ne con-

ce; puissé-je être moulu par les dents des bêtes. — Qui le croirait: Neron, au commencement de son règne, paraissait porté à la douceur. — Assuérus dit: Qu'on appelle Aman, et qu'il fasse ce que la reine désire de lui. — Mon fils, dit le Sage, ne regardez point le vin lorsqu'il brille dans le verre; il entre agréablement, mais il mord à la fin comme un serpent. — Que Babylone ne compte point sur ses fortes murailles; car le Seigneur a résolu de la détruire. — Absalon, mon fils; mon fils Absalon, s'écriait David, que ne puis-je donner ma vie pour la tienne! — Qui ne pardonnerait pas à ses ennemis, en voyant Jésus-Christ prier pour ses bourreaux? — Je m'entretiendrais volontiers avec vous.

Fasse le ciel que tout homme riche puisse dire comme Job: Je n'ai point refusé aux pauvres ce qu'ils me demandaient. — Abraham dit à Loth: qu'il n'y ait point, je vous prie, de dispute entre vous et moi, et entre vos pasteurs et les miens.

taminetis. — Quis Jesu Christi amorem in homines non miretur? — Pythagoræ scholam petant juvenes; dicit eis: Verbis parce utimini, multum audite.

Vestras portas, o Tyrii, Alexandro ne claudatis: scitote Dominum huic principi vestram urbem tradidisse. — Josuæ Moyses respondit: Utinam Dominus suum in omnes effundat spiritum, ut omnem populum ego prophetantem audiam. — Cui Dominus benedixit populo, huic ne male precetur Balaamus. — Quisnam cum Jesu Christo in terris pati nolit, ut cum ipso in cælis regnet?

Thème 44.

171-174. — Credimus Jesum Christum a mortuis resurrexisse, illumque jam non esse moriturum. — Non te fugit Neronem, qui Christianos persecutus est, crudelissimum fuisse. — Audio Primum Romam venire, in Italiam jam advenisse Mucianum; prævideo Vespasianum mox imperatorem electum iri. — Nobis credendum est nos sine Christo nihil facere posse. — Dicebat Demaratus Spartæ legem regibus prævalere. — Nùm te fugiebat Hispanum fuisse imperatorem Trajanum? — Scisne Alexandrum Severum, imperatorem romanum, templum Jesu Christo ædificare voluisse? — Videntes Philistæi occisum

— Qui ne condamnerait pas la dureté de certains riches envers les pauvres? — Que le Seigneur vous donne la sagesse, dit David à son fils Salomon, qui devait régner après lui; qu'il vous apprenne à garder fidèlement sa loi. — Ruben dit à ses frères: Ne tuez point Joseph, jetez-le plutôt dans cette citerne; mais ne souillez pas vos mains du sang de votre frère. — Qui n'admirerait l'amour de Jésus-Christ envers les hommes! — Que les jeunes gens aillent à l'école de Pythagore; il leur dira: Parlez peu et écoutez beaucoup. — Tyriens, ne fermez point vos portes à Alexandre; sachez que le Seigneur lui a livré votre ville. — Moïse répondit à Josué: Que le Seigneur ne répand-il sur tous son esprit, pour que j'entende tout le peuple prophétiser! — Que Balaam ne maudisse point le peuple que le Seigneur a béni. — Qui refuserait de souffrir avec Jésus-Christ sur la terre, pour régner avec lui dans le ciel?

fuisse e suis strenuissimum, terga verterunt. — Angelus Zachariæ dixit : Tibi prænuntio tuam uxorem filium, quem Joannem vocabis, esse concepturam atque parituram. — Tobias Domini templum iterum ædificatum iri prædixit. — Me poenitet, Domine, quod te offendi. — Athenienses piguit quod Socratem capite damnaverant. — Haud te fugit Darium, Persarum regem, ab Alexandro victum fuisse. — Jacobi filii se pastores esse regi Pharaoni responderunt. — Audio Pertinacem imperatorem a prætorianis militibus esse interfectum, haud me fugit Julianum nummis abundare, suspicor hunc imperium empturum esse. — Athenienses Phocionem nunquam ridentem aut fletentem viderunt.

Thème 45.

171-174. — Non te latet Jesum Christum futurorum bonorum Pontificem a sancto Paulo vocari. — Quis unquam suspicatus fuisset Salomonem, qui hominum sapientissimus habitus fuerat, idola esse culturum? — Dario respondit Alexander sibi illius pecunia non opus esse. — Sanctum Paulum non fugiebat pastoris oculum esse gregris salutem. — Nos edocuit Evangelium Judam proditorem unum ex duodecim Jesu Christi apostolis fuisse. — Xerxem serius poenituit quod Demarato fidem non adhibuerat. — Nemo nescit ab Annibale pluries victos esse Romanos, et postea à Scipione Annibalem fuisse devictum. — Ingenue fatebatur Darius primus se suo equisoni atque equo suo sceptrum debere. — Perhibent nonnulli auctores Jugurtham ad Marii currum alligatum mentem amisisse, et dein in carcerem fuisse conjectum. — Eliezer Deo gratias egit quod prosperum iter sibi impertierat. — Miror et gaudeo quod ad me tua manu scripsisti. — Pharaonem poenitere debuit quod Hebræos insecutus fuisset. — Non te latet Constantinum, qui primus imperator christianus habetur, imperii sedem Byzantium, quam Constantinopolim cognominavit, transtulisse. — Sancti Pauli epistolas legendo, didici sanctum Lucam medicum

fuisse. — Philistæi, Samsonem duobus crassis vincum funibus accedentem videntes, illi obviam ierunt jubilando.

Thème 46.

171-174. — Latinus Pacatus imperatori Theodosio gratulabatur quod suo exemplo Romanorum lapsos mores restituisset. — Ciceronis libros tibi probari gaudeo; mihi pergratum est quod diligenter eos lectitas. — Sanctus Ignatius, famelicos leones rugientes audiens, summo perfusus est gaudio. — Moyses, populum circa vitulum aureum saltantem videns, vehementius iracundia exarsit. Sanctus Ludovicus captivus Sarracenis respondit : Scitote Galliæ regem pecunia non redimi. — Censebat Cato Romam, quandiu staret Carthago, haud tutam fore. — Nos edocet Seneca se sibi unguentis interdixisse. — Scimus Tiberium de Jesu Christi miraculis audisse, illumque Christianos non fuisse insecutum. — Asdrubal suo interrito animo ostendit se Amilcaris filium et magni Annibalis fratrem esse. — Procul dubio non te latet Marium e suo egressum carcere se contulisse in Africam, et postea Romam illum rediisse, eoque cædem tulisse ac vastationem. — Sejanus, Tiberii minister, Romanorum sanguinem profundit : sciat iste semet olim a tortore strangulatum iri. — Futurum fuisse creditur ut succederet Augusto Marcellus, nisi immaturo interitu sublatus fuisset. — Agnovit tandem rex Babylonis se a Belis sacerdotibus decipi.

Thème 47.

171-174. — Noemus homines ad poenitentiam agendam invitabat; at nos edocet Moyses illum non auditum fuisse. — Cato, omni senatu censebat delendam esse Carthaginem. — Scythes Anacharsis Soloni dicebat : Miror quod Athenis deliberent sapientes, stultique dijudicent. — Socrates accusatus est quod novas superstitiones introduceret. —

Pyrrho responsum est ipsum, quamdiu in Italiâ versaretur, pacem cum Romanis non esse habiturum. — Insultabant Tyrii Macedonibus, quos, jumentorum more, dorso onera portantes videbant. — Quis patrem suas aves alentem suosque deserentem liberos unquam in terris vidit? — Quisnam ergo a Patre caelesti istud timeat? — Sanctus Thomas a suis condiscipulis mutus bos cognominabatur. Albertus Magnus dixit eis: Vobis praenuntio doctos hujusce bovis mugitus totum per orbem olim esse personituros. — Dominus Rebecca significavit duos ipsius filios duorum populorum fore duces, et juniori natu majorem subjectum iri. — Alexander in morbum incidit, seque mox moriturum esse cognovit. — Vos non fugit Judæos, Jesum Christum occidendo, omnium scelerum maximè nefarium commisisse. Numquid animadvertistis hunc populum cæteris nequaquam commisceri? Pro certo habete illum christianam religionem olim esse amplexurum.

Thème 48.

175-176. — Alexandro ita scripsit Parmenio: Tibi suadeo, o rex, ut a Philippo medico tuo tibi caveas. — Jesus Christus Lazarum e tumulo jussit prodire. — Cainus, post Abelis cædem, timebat ne interficeretur. — Sanctus Ignatius metuebat ne a feris non voraretur. — Romanis dissuasit Regulus ne captivos Pœnos dimitterent. — Tobias sapius suo filio dicebat: Cave ne Deum offendas. — Marcus Aurelius operam dabat ut miseris subveniretur. — Israelitæ Josuæ responderunt: Non commitemus ut derelinquamus Dominum, externaque numina colamus. — Impedierunt seniores ne a plebe Jeremias trucidaretur. — Deus Adamo et Evæ præceperat ne de unius arboris fructu comederent. — Exclamabat sanctus Ignatius: Nihil impedit quin ego Jesum Christum adeam. — Per Lysandrum non stetit quin triginta tyranni in pristinum statum restituerentur. — Populus Judæus unanimi voce exclamavit: Crucifigatur Jesus. — Gabriel angelus Zacha-

riæ dixit: Ne timeas: filium qui coram Domino magnus erit uxor tua concipiet et pariet. — Pauperem ne contemnat dives. — Frumentum Dei sum, exclamabat sanctus Ignatius, utinam ferarum dentibus molar!

Thème 49.

175-176. — Demosthenes Atheniensibus ut urbi Olyntho adessent vehementer suadebat; Demades vero, Philippi auro corruptus, illis suadebat ne hanc urbem tuerentur. — Oza arcam, metuens ne decideret, excipere voluit; eum vero Deus morte percussit. — Jacobus suis filiis dixit: Cavete ne quid adversi Benjamine accidat. — Ruben suis fratribus dissuasit ne Josephum occiderent. — Dixit Assuerus: Advocetur Aman, et quod ab ipso expetit regina faciat. — Fili mi, ait Sapiens, vinum ne aspicias, cum splendet in poculo: jucundè quidem illabitur, sed postremo serpentis instar mordet. — Suis validis mœnibus ne confidat Babylon: istam quippe urbem evertere statuit Dominus. — Darius Charidemum ad supplicium rapi jussit. — Sancto Petro præcepit Jesus ut in vaginam suam gladium recondere. — Verebatur sancta Monica ne filius suus Augustinus errori et voluptati non renuntiaret. — Jonathæ negotium dederat Saul ut Davidem neci daret; ille vero non commisit ut suo pareret genitori. — Prohibuit Saul ne sui milites ante completam hostium cladem aliquid cibi sumerent. — Vetabant Solonis leges mortuorum, utpote sacrorum, famam lædi. — Manlii filii, prohibuerat ne tuus pater quin tuum extra ordinem dimicares? Prohibuerat. — Absalon, fili mi, fili mi Absalon, exclamabat David, utinam pro te ego moriar!

Thème 50.

175-176. — Nobis cavendum est ne coronam nos in cælis manentem amittamus. — Quidam Lydus, magni apud omnes ob suam prudentiam nominis, Croeso dissuasit ne Persis bellum indiceret. — Titus impedire non

potuit quin Hierosolymitanum templum coneremaretur. — Per Darium non stetit quin a Græcis occideretur Alexander vel proderetur. — Cyrus in urbem Sardes ingressus, vetuit eam diripi. — Utinam dives quilibet, veluti Jobus, possit dicere : Pauperibus quod a me postulabant non ego denegavi. — Abrahamus Lotho dixit : Ne sit, quæso, ullum jurgium inter me et te, meos inter pastores et tuos. — Dixit Ruben fratribus suis : Nolite Josephum occidere; hunc potius in istam cisternam projicite; at manus vestras vestri fratris sanguine ne contaminetis. — Salomoni filio suo, qui post se regnaturus erat, dixit David : Sapientiam tibi det Dominus, suam legem fideliter servare te edoceat. — Diu timuit junioris Tobiae mater ne non iterum videret filium suum qui in Mediam profectus erat. — Daniel Nabuchodonosori dixit : Tibi suadeo, o rex, ut tua peccata eleemosynis tuasque iniquitates misericordiae in pauperes operibus redimas. — Pastor, inquit Tibertus, suas tondet oves, at non committit ut eis cutem detrahat. — Discipuli quos miserat Jesus Christus operam dederunt ut omnia ad Pascha celebrandum essent parata.

Thème 51.

175-176. — Josephi fratres, post sui patris obitum, timebant ne sui sceleris poenas luerent. — Memnon, Darii ducum peritissimus, huic principi suadebat ne certaminis periculum adiret. — Joabus, ut populo parceret, impedivit ne exercitus victor fugientes insequeretur. — Vetueratne Papiius dictator Fabium equitatus magistrum, se absente, dimicare? Vetuerat. — Per Assyriorum regem non stabat quin funditus everteretur Hierosolyma. — Pythagoræ scholam petant juvenes; dicet eis : Verbis parce utimini, multum audite. — Vestras portas, o Tyrus, Alexandro ne claudatis : scitote Dominum huic principi vestram urbem tradidisse. — Cui Dominus benedixit populo, huic ne male precetur Balaamus. — Josuæ Moyses respondit : Utinam Dominus suum in omnes effundat spiritum, ut

omnem populum ego prophetantem audiam. — Josephus suum argenteum scyphum, in sacco Benjamini, suorum fratrum natu minimi, recondi jussit. — Qui sanctum Ignatium Romam ducebant milites, ii metuebant ne non ante ludorum finem eo advenirent. — Quoties regina Blanca sancto Ludovico dixit : Cave, fili mi, ne ullo lethali peccato tuam animam contamines. — Artabanus Dario, fratri suo, dissuadere incassum voluit ne Scythis bellum denuntiaret.

Thème 52.

177-178. — Non te fugit quota hora Jesus Christus exspiraverit. — Adversæ res ostendunt quinam nobis vere sint amici. — A Caino quæsivit Deus cur iracundiâ arderet. — Alexandro Scythæ dixerunt : Nonne nobis licet qui sis et unde venias nescire? — Dicere nequeo quantum sancta Theresia Jesum Christum amaverit. — Demonstrant sol, stellæ et cæteræ res creatæ quanta sit Dei potentia. — Harioli regi dixerunt : Dic nobis quodnam sit tuum somnium, nosque quid indicet tibi aperiemus. — Moyses populo retulit quod Dominus præceperat. — Quod in Domini lege scriptum erat, Maria et Josephus sedulo adimplebant. — Audiens David profligatos esse rebelles, quæsivit num Absalon viveret. — Scytharum legati ab Alexandro quæsierunt utrum se amicos an hostes habere cuperet. — Dubium est num exercitus imperator magis perfectus quam Annibal unquam exstiterit. — Josephum diu luxit Jacobus, minime dubitans quin fera illum devoravisset. — Jampridem dicitur, et merito quidem : Dic mihi quem frequentes (ou quocum verseris) et ego qui tusis tibi dicam. — Rebecca parentibus declaravit Eliezer quare in Mesopotamiam venisset. — Cato censor solebat ad vesperam sibi in memoriam revocare quid interdum dixisset vel audivisset, et quid egisset.

Thème 53.

177-181. — Nemo nescit quantum Ephestionem dilexerit Alexander. — Non te præterit quomodo major posterioris quam prioris templi gloria fuerit. — Sanctus Remigius Clodovæo dixit: Quod tu incendisti, adora; quod tu adorasti, incende. — Nullus inter Ægypti hariolos dicere potuit quid duo Pharaonis somnia significarent. — Quis dubitat quin turpe sit mentiri? — Ne dubites quin Phocion unus ex clarissimis Græciæ viris exstiterit. — Dubitant nonnulli nùm Alexander cuncta quæ de ipso narrat Quintus Curtius fecerit. — Samsonis genitrici, Angelus qui illi apparuit, indicare noluit undenam esset, nec quo nomine vocaretur. — Deus dixit Salomoni: Ego tibi dabo etiam quod a me tu non postulasti, scilicet divitias et gloriam. — Josephus a suis fratribus qui ipsum non agnoscebant, quæsivit nùm adhuc viveret ipsorum pater, et quomodo valeret. — David in sui nec non et populi perniciem, cupidus fuit cognoscendi quam multi sibi parerent. — Scipio Massinissæ nepotem interrogavit nùm ad avunculum suum reverti cuperet. — Dubium est utrùm e carcere Conon evaserit an extremum supplicium passus fuerit. — Dabito nùm ullus princeps ethnicus deorum cultûs studiosiorem magno Cyro se unquam præstiterit. — Imperator Severus quid agendum esset uno pervidebat intuitu, illudque illico perficiebat.

Thème 54.

177-181. — Josephus fratribus suis dixit: Indicate mihi unde profecti sitis, et quonam consilio huc veneritis. — Jesu dixit Joannes Baptista: Ad me tu venis baptizandus; at qui tu sis et quis ego sim novi. — Dubium est nùm Salomon pœnitentia peccata sua piaverit. — Tibi considerandum est quid tuam deceat dignitatem, non quid tibi liceat. — Dominus dixit Samueli: Hoc fac quod petit populus iste. — Apud Lacedæmonios moris era

senes ab adolescentibus quos obvios habebant quærere quo irent et quonam consilio. — Alexander, præcipiens ut solis Pindari poetæ ædibus parceretur, quanti viros doctos faceret demonstravit. — Ubi natus sit Homerus incertum est. — Athenienses Theramenem, virum suæ patriæ amore commendandum, ad supplicium trahi videntes, quid sibimetipsis metuendum esset intellexerunt. — Tyrii per ludibrium interrogabant Macedones nùm major Neptuno esset Alexander. — Cicero a Catilina quæsivit utrum in nocturno conventu apud Marcum Leccam habito adfuisset, necne. — Oculi quemadmodum animo affecti simus loquuntur. — Quis ignorat quantoperè Artemisia, Cariæ regina, virum suum Mausolum desideraverit?

Thème 55.

185-187. — Formidine arescent homines, cum ultimi iudicii signa videbunt. — Cum arcè dormiret Philotas, Parmenionis filius, catenis, Alexandri jussu, constrictus est. — Abrahamus et Lothus, cum advenam quemdam aspiciebant, huic offerebant hospitium. — Stabat Abrahamus, dum cibum Angeli sumebant. — Noemus in arca mansit, dum diluvii aquæ plane exsiccarentur. — Quamdiù vivam, aiebat Jacobus, meum filium Josephum a fera pessimâ voratum ego lugebo. — Tobias, postquam recepit visum, adhuc duos et quadraginta annos vixit. — Sanctus patriarcha Benedictus, sexta die antequam moreretur, suum sepulchrum aperiri jussit. — Vix in mare Jonas immissus est, cum sedata est tempestas. — Ignis, ut hunc concepit templum Hierosolymitanum, jam extingui non potuit. — Attonitus populus expectabat dum e templo egrederetur Zacharias. — Vix imperavit Josue, cum sol stetit. — Statim ut in Deum rebellârunt angeli superbi, ecælo detrusi sunt. — Angelus Tobiae patri dixit: Cum tu lacrymans orabas, mortuosque sepeliebas, ego Domino tuas preces

obtuli. — Nunc gaudent mundani, dum iusti lugent; at æternum erit justorum gaudium, dum impii in æternum cruciabuntur.

Thème 56.

185-187. — Ducentis annis antequam Romam caperent in Italiam Galli transcederunt. — Dum Carthago stabit, dicebat Cato, Roma tuta non erit. — Vix animam efflavit Alexander, cum planetibus et lamentis tota regia personuit. — Statim ut Cæsar senatum ingressus est, in eum conjurati irruerunt. — Statim ut Pharaonis exercitum aspexerunt Israelitæ, metu perculsi sunt. — Postquam Romanos devicerat, aiebat rex Pyrrhus, in Siciliam impetum faciam. — Tobias cum aliquem Israelitam obvisse audiebat, e mensa surgebat ut iret illum sepulturus. — Ducem requirebat Tobias junior, cum ipsi occurrit angelus Raphael. — Ut juvenis Manlii sanguinem manantem viderunt milites, in lamenta et gemitus eruperunt. — Obiit Massinissa dum Romani Carthaginem obsiderent. — Dum Martha prandium apparabat, ad pedes Jesu Christi stabat Maria. — Nabuchodonosor de solio deturbatus est, atque ad ferarum statum redactus, donec omnem potestatem ab Altissimo oriri agnosceret. — Abrahamus centesimum annum attingerat, cum in lucem editus est Isaacus. — Caligula, priusquam animam efflaret, triginta ictibus appetitus est, semperque dicebat: Etiamnum ego vivo.

Thème 57.

185-187. — Statim ut confectum est bellum piraticum, contra Mithridatem profectus est Pompeius. — Nascitur homo veluti flos qui vix expansus est, cum jam proteritur. — Statim ut ad Prusiam, Bithyniæ regem, se contulit Annibal, princeps ille Eumeni, Pergami regi, Romanis amicissimo, bellum indixit. — Evagoras diu paruerat, antequam imperaret. — Alexander, postquam

multas gentes subegit, Indos aggrediendi consilium cepit. — Cineas Pyrrho dicebat: Quid facturus es, o princeps, cum Siciliam occupaveris? Mihi est in animo, ait rex, in Africam trajicere. — Alexandrum, cum sexto decimo esset ætatis anno, suus pater Philippus sinistro cornu præfecit, ut adversus Thebanos congrediretur. — Cum sancto viro Jobo, aliquid adversi nuntiabatur, Deo ipsum percutienti benedicebat. — Apud Raguelem mansit Tobias, dum angelus Raphael ivit ad Gabelum. — Zachariæ dixit angelus Gabriel: Tu obmutesces, dum filium cujus ortum tibi prænuntio uxor tua pariat. — Quamdiu illuxit, Scythi acriter institerunt Macedones. — Ut matrem suam aspexit Coriolanus, exclamavit: O patria, tu meam iram vicisti!

Thème 58.

188-190. — Exclamavit Jacobus: Lætus ego moriar, cum filium meum Josephum viderim. — Pauperibus opitemur, ut cælum nobis aperiant. — Septem abundantiae anni adfuerunt, ut prædixerat Josephus. — Sanctus Lucianus, Antiochensis sacerdos, quo liberius Deo serviret, mundum ejuravit, suaque omnia bona pauperibus distribuit. — Abrahamus, ut Deo pareret, unico filio suo non pepercit; etenim gladium, ut illum percuteret, jam manu tenebat. — David suis ducibus dixit: Fugiamus hinc, ne in Absalonis manus incidamus. — Ut anima nostra nostri corporis vita est, sic anima nostræ Deus. — Dixit regi Sauli Samuel: Cum respueris Domini verbum, jum tu rex non eris. — Jacobus suis filiis dixit: In Ægyptum redite, ut ibi cibaria ematis. — Bethlemæ natus est Jesus Christus, ut prophetae prænuntiaverant. — Jugurtha, ut romanos senatores corrumpere, pecuniæ haud parcebat. — Diogenes, quo acrius in philosophiam incumberet, suis divitiis veluti onere se exuit, dolioque se inclusit. — Manibus operabatur sanctus Hilarius, ne aliis esset oneri. — Ut Jesus Christus pro suis

tortoribus oravit, sic nos nostris pro inimicis orare debemus.

Thème 59.

188-190. — O Deus, tu nobis tuum dedisti Filium, quia tu nos amasti: nobis tuum da Spiritum, ut te diligamus. — Tertio post mortem die a mortuis resurrexit Jesus Christus, ut pluries suis apostolis nuntiaverat. — Ne vivamus ad bibendum et manducandum, sed ad vivendum bibamus et manducemus. — Salomoni dixit Deus: Cum tu meum foedus ruperis, ego tuum dividam regnum, unamque illius partem tuo famulo tradam. — Israelitae Josue dixerunt: Ut Moysi antea, sic tibi nunc obediemus. — Agar, mœrore confecta, a suo filio sub arbore jacenti discessit, ne illum morientem videret. — Cum sit in nobis consilium, ratio, prudentia, profecto Deus hæc ipsa, sed supremo gradu, possidet. — Dixit fratri suo sanctus Marcellinus: Gratias ago Deo qui me in hac castigat vitam, ut in altera mihi parcat. — Repente stetit sol, ut Josue jusserat. — Dæmon, hominis mulierisque invidens felicitati, serpentis formam induit, quo facilius illos deciperet. — Ut panis nostrum corpus roborat, ita animam nostram sacra Eucharistia.

Thème 60.

192-195. — Si Dei misericordiam implorasset Judas, sui sceleris veniam impetrasset. — Si Deum inquiremus, illum nos inveniemus. — Nostrorum delictorum obliviscetur Deus, dummodo ea ipsi minimè obliviscamur. — Domine, aiebat leprosus, si vis, potes me mundare. — Si nos diligereamus Deum, mandata ejus servaremus. — In Egyptum reverti non possumus, dixerunt Jacobi filii, nisi Benjaminum nobiscum ducamus. — Divites, si miseros non sublevatis, at certe illorum miseriæ ne insultetis. — Si Pharao a Deo percutiebatur, ad Moysen confugiens cuncta promittebat; si desinebat

plaga, quiquid promiserat statim obliviscebatur. — O Eva, si obedieris Deo, vives, quod si dæmoni, morieris. — Agarem et Ismaelem dimisit Abrahamus, nihilque eis præter panem et vas aquâ plenum dedit. — Aristotelem diligebat Alexander, quasi illum patrem habuisset. — Si Charidemi consiliis paruisset Darius, tot et tantas calamitates non hausisset. — Omnia me consecentur mala, inquiebat sanctus Ignatius, dum Jesu Christo frui mihi liceat. — Deus Caino dixit: Si tu recte feceris, mercedem recipies; sin autem male, tu pœnas dabis. — Deus nobis nostra condonabit peccata, si nos nostris fratribus veniam non denegaverimus.

Thème 61.

192-195. — Dixit Manlius consuli: Si per te licuerit, contra Gallum nobis insultare audentem congrediar. — Sanctus Franciscus Salesius dicere solebat: Si Saulus rejectus fuisset, sanctum Paulum nunquam habuisset Ecclesia. — Socrates cuidam e suis servis dixit: Ego te cæderem, nisi iratus essem. — Si Jesus Christus die sabbato miracula patrabat, id ei crimini vertebant Pharisei. — O Sylla, si non viventibus, saltem mortuis parce. — Si opus a Jesu Christo institutum ab hominibus ortum fuerit, aiebat Gamaliel, corruet; quod si a Deo, hoc destruere non poteritis. — Deus gloria et divitiis cumulavit Salomonem, qui ab ipso nihil præter sapientiam petierat. — Samson rugientem leonem discerpsit perinde ac si hædus fuisset. — Promisit Deus se nobis ignotum, dum ipsi nostris ignoscamus fratribus. — Pyrrhi medicus Fabricium adiit dicens: Si tu mihi præmium pollicitus fueris, ego regem hostem tuum veneno interficiam. — Samson suæ conjugis dicitur dixit: Si septem viminibus adhuc videntibus me quis alligaret, cæterorum instar debilis fierem. — Jesu Christovixerunt sancti; cuinam autem nisi sibi ipsis vivunt plerique christiani, præsertim autem divites?

Thème 62.

192-195. — Si Asdrubal cum Annibalis copiis suas conjungere potuisset, de imperio romano actum erat. — Si fieri potest, ait sanctus Paulus, cum omnibus pacem habete. — Manius Curius de prædâ hostili nihil nisi ligneum vasculum in domum suam intulit. — Dixit Salomon: Adonias, si probum se præbuerit, salvus erit; sin autem improbum, morietur. — Si bonum alienum Galba non appetebat, at certe suo plus æquo parcebat. — Cyrus Junior aureis catenis vinctus fuit sui fratris jussu, qui ipsum dedisset neci, nisi illorum mater obstitisset. — Sisygambis, Darii mater, ab Alexandro diligebatur non secus ac si hunc illa genuisset. — Arx nulla Philippo inexpugnabilis videbatur, dummodo mulus auro onustus eo posset scandere. — Abrahamus Lotbo dixit: Alter ab altero discedamus; si tu ad sinistram ieris, ego ad dexteram ibo; si tu ad dexteram verteris, vertam ego ad sinistram. — De thebano exercitu actum erat, nisi Epaminondas id temporis privatus, imperium accepisset. — Si Manlius Torquatus suo filio fortitudinis fructum non referebat, debebat saltem illum morti eripere. — Salomon Semei salvum caput promisit, nisi fortè Hierosolyma pedem efferret. — Si vocem meam audieritis, ait Israelitis Dominus, et si in meo manseritis fœdere, regnum meum et gens sancta vos eritis.

Thème 63.

171-195. — Audientes christiani interfectum fuisse Heliogabalum, illiusque loco Alexandrum regnare, benignum hunc principem sibi propitium fore sperarunt. — Putasne stultos esse cunctos homines? id credere videbatur Horatius. — Callisthenes Alexandrum admonebat ne, fastuosum filii Jovis titulum sibi adscribendo, præclare gestorum splendorem macularet. — Tibi gratias ago, quod me ab omni molestia liberasti. — In incerto fuit

viessent in hoc prælio an victi fuissent Romani. — Admoniti sunt Romani Saguntum ab Annibale fuisse obsessam. — Primus et Mucianus, exercitûs duces, Vitellio suaserunt ut ab imperio se abdicaret. — Caligula, qui tonitru interdum verbis lacessebat, alias metuebat ne ab isto obtereretur. — Vetuerat David filium suum Absalonem occidi; Joabus, unus ex ejus ducibus, hoc mandatum violavit. — Ubi de Cæsaris adventu certiores facti sunt Helvetii, nobilissimos civitatis viros ad eum legatos miserunt. — Cato censor, antequam Carthago deleteretur, mortuus est. — Dum copiarum suarum alacritatem præsens accendit Darius, vim vi acriter repulerunt; vix autem hic terga vertit, cum illæ profligatæ sunt. — Socrates, quo melius cœnaret, solebat ante cœnam ambulare. — Beatus esset homo, si virtutem usquè coleret.

Thème 64.

171-195. — Cùm Pyrrhus in juvenem Argivum, a quo lanceâ vulneratus fuerat, toto ferretur impetu, adolescentis mater tegulam dejecit in caput regis, qui occisus est. — Horatius Cocles pro ponte Sublicio stetit, hostiumque impetum solus sustinuit, donec pons a posteriore parte interrumperetur (*ou* interruptus est). — Bessus suæ perfidiæ pœnas persolvit: narrat Quintus Curtius istum cruci affixum sagittisque a barbaris trucidatum fuisse. — Athenienses, cùm timerent ne in Græciam transiret Philippus, Thermopylarum angustias cito occupandas curaverunt. — Dioni sui amici frustra suaserunt ne Heraclidi Theodotique parceret; utrique ignovit. — Ager, cum multos annos quievit, uberiores fruges efferre solet. — Incertum est quo nos loco mors expectet. — Nescio utrum fugere an manere tutius sit. — Permulta quæ suam in patriam Coriolanus contulerat officia, illa non impediunt quin exilio mulctaretur. — Dionysium Juniorem piguit quod Platonem dimiserat. — Lex esto brevis quo facilius ab imperitis teneatur. — Si Claudii

imperatoris mater de aliquo quem deficeret ingenium loquebatur, dicere solebat : Est iste meo filio Claudio stolidior.

Thème 65.

171-195. — Alexander, arbitratus se mentibus veluti linguis posse imperare, se Jovis filium non modo vocari, sed et existimari jussit. — Orestes, patris ulciscendi causâ matrem interfecit; multi anquisierunt piusne in hoc fuerit an sceleratus. — Parmenio deterrere voluit Alexandrum quominus medicamentum sibi a suo medico Philippo paratum biberet. — Credere nequeo Alexandrum, si cum Romanis bellavisset, victoriam constanter relaturum fuisse. — Imperator Severus Caracallæ ipsum occidere volenti : Fili mi, si vita me spoliare statuisti, tibi suadeo ut clanculum, non ante oculos omnium, istud facias. — Cæsaris libellos vetuit Augustus publicari; idem Virgillii carmina cremari vetuit. — Quidam præceptores sic objurgant discipulos quasi oderint. — Verentur plerique ne non satis magni fiant, sanctus autem Benedictus ne nimio pluris fieret verebatur. — Philippus, quo certius feriret, ictus sibi imminentes subterfugiebat : et quo facilius totam invaderet Græciam, hujus regionis populos singulos aggressus est. — Membris utimur, priusquam discamus cuinam usui addicantur. — Cimbri ac Teutones exultabant gaudio, cum in aciem procedebant. — Pœni se victos fuisse credere nequiverunt, donec illis Annibal ipse se victum esse professus est. — Lætariis quod ab hominibus iis laudariis quos non potes ipse laudare.

Thème 66.

196-197. — Phocion, etsi divitiis carebat, omnium tamen Atheniensium honestissimus fuit. — Propheta Judæis dicebat : Vos manducastis, nec estis satiati; bibistis, nec a vobis sitis depulsa est. — Alexander Darii filium aspiciere non potuit, quin miseratione commoveretur. —

Nihil suscipiebat Moyses, quin Dominum consulisset. — Etsi propinquus hostis erat, summa tamen in custodiendis castris fuit negligentia. — Daniel in leonum lacum sex dies mansit, nec tamen ab istis fuit voratus. — Suos fratres agnovit Josephus, nec ab ullo eorum agnitus est. — Quod turpe est, quamvis occultetur, tamen honestum fieri nullo modo potest. — Nullam rem magni momenti decernebant Persæ, quin prius magos in consilium adhibuissent. — Cæsar Pompeii, generi simul et æmuli sui caput videre non potuit quin lacrymas effunderet. — Eloquentiæ studendum est, etsi eâ quidam perverse abutuntur. — Lycurgus Spartanis nullam legem scripsit, quin eam suo exemplo stabiliret. — Jugurtha strenuus erat, nec temerarius; prudens nec trepidus. — Philippus ejusque filius Alexander proditionem, nec tamen proditores diligebant.

Thème 67.

196-197. — Alexander Darii qui modo animam efflaverat corpus videre non potuit, quin hujus principis sortem deploraret. — Pericles tota die a quodam scelesto nomine contumeliis lacessitus est nec tamen vel unum verbum protulit (ou quin vel unum verbum proferret). — Vir honestus, quod justum putat, id tuebitur, etiamsi in eâ re casurus sit. — Chaldæi Hierosolymitanorum horrendam stragem ediderunt, nec aut infantium aut senum miserti sunt. — Sol Jesum Christum exspirantem videre non potuit quin obscuraretur. — Invidia honori est virtuti, licet eam deprimere studeat. — Nil te juvat esse farinam, inquit mus senior feli callidæ ac perfidæ, namque etiamsi saccus sis, non ego accedam. — Philippus Epaminondæ, sui pristini præceptoris, alacritatem ac fortitudinem, nec tamen ejus temperantiam, æquitatem, fidem et clementiam imitatus est. — Potestne, ait sapiens, quisquam arduos carbonem calcare quin sibi plantam exurat? — Ecquis sese objicere potest pori

culo, quin in isto pereat? — Philippus, Macedoniae rex, nullam unquam perfringebat portam quin prius clave aurea istam aperire conatus fuisset.

Thème 68.

198-199. — Quintus Cincinnatus, cum sexdecim dies dictator fuisset, dictaturam se abdicavit, et ad rusticos labores rediit. — Cum Jesus Christus sit dux noster, eum sequi et imitari debemus. — Cum in Egyptum advenissent Jacobi filii, adierunt Josephum, illique reverentiam adhibuerunt. — Darius, cum ipsi adulati essent aulici, coronam et vitam perdidit. — Samson, pro suo robore, vincula quibus constringebatur haud aegre rumpebat. — Percusso pastore, gregis oves dispersae sunt. — Jesum Christum natum pastores et magi adoraverunt. — Jacobo ire pergenti, angeli obviam ierunt. — Eversa Carthagine, Romam rediit Scipio. — Cum imperatores essent Maximianus et Diocletianus, sanctus Mauritius cum legione cui praerat occisus est. — Cum Ecclesiae fundamentum sit Jesus Christus, illa deleri nequit. — Nero, quia sibi subditos asperere habuit, odio semper habebitur. — Jesus, ait sanctus Joannes, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. — Cum Isaacus jam adolevisset, Deus, ut Abrahami fidem exploraret, dixit ei: Sume tuum filium unicum quem diligis, et vade illum immolaturus in monte quem tibi demonstravero. — Cum Jesus suam crucem bajulaverit, nostram et nos tenemur bajulare. — Pro sua ambitione, Caesar secundo loco contentus esse non poterat.

Thème 69.

198-199. — Tarquinius, cognomine Superbus, cum fere viginti quatuor annos rex fuisset, solio pulsus est. — Jesum Christum, postquam Pilatus eum morte damnavit, milites in Calvarium montem duxerunt. — Josephus, cum illius oblitus esset pincernarum praefectus, in

carcere biennio adhuc detentus est. — Sanctus Ludovicus, pro sua pietate, regis titulo christiani nomen anteponebat. — Tarquinio Prisco interfecto, Servius Tullius regnum adeptus est. — Alcibiadi ex Asia revertenti Athenienses catervatim obviam ierunt. — Tobiae juniori conspectu monstri piscis perterritus angelus Raphael animos reddidit. — Scipione consule, anno ante Christum natum centesimo quadragesimo quarto, Carthago eversa est. — Jesus Christus, cum sit ipsa Veritas, neque errare neque nos fallere potest. — Cum unus e tribus angelis quaesivisset cur risisset Sara, quasi Deo aliquid esset difficile, perterrita Sara se non risisse dixit. — Bessus, insequentibus eum Alexandri copiis, in Bactrianam se contulit. — Pro sua doctrina, sanctus Augustinus quoslibet errores conterebat. — Turennius, cum ipsi victorias quas reportabat gratularentur omnes, illas suorum militum fortitudini tribuebat. — Ecclesiam, cum sit mater nostra, diligere, illique parere debemus.

Thème 70.

200. — Acerbe lugebat Agar, cum illi apparens angelus solatium ei attulit. — Timotheus suis aemulis respondit: Cum urbes sopitus occupem, quid vigilans non faciam? — Sanctus diaconus Stephanus, pro Judaeis, dum ipsum lapidibus obruebant, orabat. — Promiserunt speculatores Rahab ejusque familiae parcitum iri (ou se parcituros), dum ipsos illa non proderet. — Expectabant Philistaei dum Samson urbem excederet, ut illum interficerent. — Cum Moyses manus erectas habebat, vincebant Israelitae, cum illas demittebat, superiores erant Amalecitae. — Quam felix ille cui dat Deus non solummodo oculos ut ipsum cognoscat, sed et pedes ut sequatur, linguam ut laudet, et cor ut diligat. — Cum Tobias sibi pedes ablueret, ecce piscis ingens aqua exsiliit, ut illum devoraret. — Manlius suo filio dixit: Cum injussus pugnaveris, poenam tuam militarem disciplinam

restitues. — Quemadmodum sine aere aves volare non valent, neque sine aqua pisces natate, ita, aiebat sanctus Gregorius, homo sine Jesu Christi gratia ne unum quidem passum proferre potest. — Si Alexander ego essem, inquiebat Parmenio, Darii conditiones acciperem. Et ego, reposuit Alexander, si essem Parmenio. — Marius, cum jam sextum consul fuisset, proscriptus est, Romaque egressus in Africam trajecit.

Thème 71.

200. — Jesum, cum in montem Calvarium ascenderet, Simon Cyrenæus in ferenda cruce adjuvit. — Cum Darius animam mox efflaturus esset, quidam miles macedo qui ipsum ingementem audivit, accessit opem ei laturus. — Necesse est ut, quemadmodum arbor bona bonos gignit fructus, ita vir christianus bona opera exhibeat. — Dixit David filio suo Salomoni: Si tu Dominum inquisieris, illum inuenies; si vero, quod absit, ab illo discesseris, in perpetuum te rejiciet. — Armati pernoctauerunt Philistæi, ut Samsonem urbe exeuntem occiderent. — Milites, ut scripsere Josephus aliique auctores, stricto gladio mortem Vespasiano minati sunt, nisi imperium acciperet. — Statim ut de Jacobi adventu Josephus audivit, obviam illi processit. — Vix in lacum coniecti fuerunt Danielis delatores, cum a leonibus vorati sunt. — Samuel regi Sauli dixit: Cum tu Domino non obedieris (ou quia non obediisti), jam non stabit tuum regnum. — Pomponius Atticus, cum aliqua contumelia afficiebatur, istius oblivisci quam illam vindicare malebat. — Domi te expectabo, donec redeas. — Cum esset consul Fabricius, Pyrrhus, Epiri rex, quartam ei sui regni partem obtulit. — Dum torquerentur Machabæi, sua illos mater ad mortem fortiter perpetiendam hortabatur. — Modo regnum Pei ejusque justitiam queramus, Dominus nobis nihil denegabit.

Thème 72.

201-204. — Nihil est quod Deus efficere non possit. — Homo, qualiscumque sit conditionis, labori addicitur. — Tot inter christianos, quotusquisque est qui serio de altera vita cogitet. — Sunt quidam stulti qui unam animam et corpus perire censeant. — Quidquid Syphacis fuerat, populi romani factum est. — Quantumcumque animum primum exhibuerunt apostoli, suum tamen Dominum postea deseruerunt. — Quamvis multas regiones sanctus Paulus evangelizando perlustravisset, sese apostolorum minimum profitebatur et censebat. — Curius dicebat perniciosum esse civem, cui septem agri jugera non essent satis. — Sunt qui quidvis perpetiantur, dum quod velint consequantur. — Israelitæ in Samuelis agendi ratione nihil quod redarguerent invenerunt. — Cicero est omnium quos peperit Italia oratorum eloquentissimus. — Quænam latebra est, in quam metus mortis non intret? — Saul noctu sagittarios misit qui Davidem occiderent. — Sanctæ Mariæ Virgini dixit sancta Elisabeth: O te beatissimam quæ credideris! — Quicumque me contempserit, ait Dominus, in contemptum ipse incidet. — Sanctus Franciscus pauperes suis vestibibus induebat, cum nihil aliud quod illis daret sibi suppeteret.

Thème 73.

201-204. — Quantumcumque est nos inter et planetas distantia, hanc astronomi adamussim metiuntur. — Videas qui negare audeant Deum existere. O stupendam cæcitatem! — Nullum est animal, nisi homo, quod aliquam Dei notionem habeat. — Non me pudet fateri me, quod nesciam, nescire. — Quamvis sapienter se gerat homo quilibet, semper carpitur. — David et Goliathus procedunt pugnaturi: uterumque victus fuerit, obtruncabitur. — Quotusquisque est cui virtus omnibus thesauris præponenda esse videatur. — Aristides justis-

simus est omnium qui unquam Athenis exstiterunt. — Samuel plebi dixit: Quod a me postulastis ego feci; regemque habetis qui vobis praeat. — Quam caeci estis vos, filii hominum, qui aeternae beatitudini felicitatis umbram anteponatis! — Dubitari non potest quin ii, qui nihil nisi Dominum timeant, sint beati. — Quantacumque sit Dei misericordia, illi ignoscere non potest quem sui peccati non poenitet. — Quamvis multa Jesus coram Judaeis patrauerit miracula, in eum plerique non crediderunt. — Si quis pauperibus stipem eroget, ut hominum admirationem moveat, nihil est quod a Deo expectet. — Cicero Volturcium hortatus est ut ea, quae sciret, sine timore indicaret.

Thème 74.

201-204. — Tot inter millia hominum qui terram incolunt, quotusquisque est qui olim in caelum ingressurus sit? — Veteres existimabant nequam agricolam esse, quisquis emeret, quod ei praestare fundus posset. — Semiramis, Nini, Assyriorum regis uxor, urbem Babylonem, omnium quae hactenus fuerunt pulcherrimam constituit. — Alexander ad Darii matrem et conjugem Leonatum misit qui illas admoneret eum quem tanquam mortuum defflerent vivere. — Quis est qui proditorem Judam omnesque illius similes non oderit? — Nonnullos reperias qui nihil laudent nisi quod se imitari posse confidant. — Quotcumque tormenta passi sunt Machabaei, invicti perstiterunt. — Quamcumque sententiam in curia aperiebat Cato, semper addebat: Censeo et delendam esse Carthaginem. — Quantuscumque erat Gallus qui Romanorum fortissimum quemque lacessebat, istum Manlius Torquatus suo gladio transfossum interfecit. — Sortiuntur Matthias et Josephus, cognomine Justus: utrumcumque a Deo sic electus fuerit, proditoris Judae locum occupabit. — Quidam sanctus abbas, cum sanctum Arsenium animam, efflantem vidisset, illacrymans exclamavit: O te felicem,

Arseni, qui tot lacrymas vivus perfuderis! — Summus sacerdos Goliathi ensem Davidi dedit, quia alius quem ipsi daret praesto non erat.

Thème 75.

205-209. — Qui haberi vis, is esse debes. — Plerumque qualis vita, talis mors. — Id erat filiorum Jacobi odium adversus Josephum ut cum illo amicè loqui non possent. — Non eisdem finibus aliae erant atque Alcibiadis (ou aliae erant virtutes Alcibiadis, aliae Niciae). — Deo dixit Esther: Mihi adesto, Domine: a te solo aliquid opis exspecto. — Soli Deo confidere suave est. — Fabricius talis Romae, qualis Athenis Aristides fuit. — Non is es quem heri vidi. — Qualis fuerat Tobias pater, talis fuit ipsius filius quem Domino servire docuit. — Ea erat Sophoclis carminum suavitas, ut ideireo Apis cognomen illi tributum fuerit. — Eodem anno quo Carthago concidit, Lucius Mummius Corinthum funditus eruit. — Haud aliter apostoli quam suus (ou ipsorum) Magister habiti sunt. — Aliae sunt legati partes atque imperatoris (ou aliae legati, aliae imperatoris partes). — Samuele iudice, Israelitae falsa rejecerunt numina, solique Deo servierunt. — Vir christianus nullum inimicum, solummodo fratres habet. — Pythagoras in Italia fuit iisdem temporibus quibus Brutus patriam liberavit. — Aliud est accusare, aliud maledicere.

Thème 76.

205-209. — Iisdem rebus nobis interdictum est quibus tibi. — Equo fere iidem qui homini morbi sunt. — Ego non eadem volo senex quae puer volui. — Qualem Athenienses Miltiadem cognoverant, talis fuit Cimon ipsius filius. — Domitianus, Vespasiani filius, non is fuit qui Titus suus frater. — In Evagora, Salaminis rege, is inerat veritatis amor, ut unum ejus verbum sacri jurisjurandi

loco haberetur. — Solummodo peccatis hominum Dei furor accenditur. — Cyrus hos solos subditos fideles agnoscebat qui Numen reverebantur. — Ne aliud agas atque dicis (*ou ne aliud dicas, aliud agas*). — Alia tempora, alii mores. — Nihil aliud est philosophia, si definire velis, quam studium sapientiæ. — Cimon, Miltiades filius, ea liberalitate fuit ut nemini quidquam negaret. — Plerique amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt. — Qualis hominis vita, talis ejus oratio. — Saul, cum Davidem loquentem audisset, non potuit non exclamare: Tu me justior es; a te enim ego nihil aliud nisi bonum, tuque a me nihil aliud nisi malum accepisti. — Aleibiades de eadem injuriâ de qua Themistocles queri potuit. — Aliud mihi respondes ac rogo (*ou aliud rogo, aliud mihi respondes*).

Thème 77.

210-213. — Turennius tantam modestiam quantum fortitudinem ostendebat. — Deus Abrahamo tot posteros promisit quot stellis cælum radiat. — Tam pius quam eloquens erat sanctus Joannes Chrysostomus. — Thebani tantum Epaminondam dilaudabant quantum Aristidem Athenienses. — Alexander suum magistrum Aristotelem tantum diligebat quanti hunc æstimabat Philippus. — Quantum nos dilexit Jesus Christus, tantum nos fratres nostros debemus diligere. — Quot cupiditates, tot tortores. — Tanta fidelitate omnes Tobie liberi in sancta vita persisterunt, ut a Deo et hominibus diligerentur. — Demosthenes haud tantâ pollebat fortitudine quanta facundiâ. — Cunctis Athenarum civibus, cum opulentis tum pauperibus, in populi comitiis jus erat suffragii. — Hircus non tam astutus fuit quam vulpes. — Adeo horrendum scelus est parricidium, ut cuncta scelera videatur includere. — Philippus Alexandro dicebat: Tantula est Macedonia, fili mi, ut tanto regi sufficere nequeat. — Haud tanta est Asia quanta America. — Quis est tantus et tam

potens, ut nullius auxilio indigeat. — Tam parum humani erant Romani ut fuso gladiatorum cruore delectarentur.

Thème 78.

210-213. — Philippus, rex Macedoniae, tam eloquens erat quam belli peritus. — Timoleon suam patriam tantum diligebat quantum tyrannos exsecrabatur. — Annibal tanta calliditate quanta fortitudine pollebat. — Dionysius major tot sibi esse hostes quot subditos existimabat. — Cyrus in Astyagis avi sui aula tantum amabatur quanti fiebat. — Quam mansuetus Socrates, tam iracunda jurgiosaque erat uxor ejus Xantippe. — Quot Cyro milites, tot illi erant amici. — Themistocles in Persiam adventus regem Artaxerxem tanto gaudio affectit, ut consopitus ter exclamaverit: Ego Themistoclem Atheniensem habeo. — Omnes Romani, cum mulieres, tum viri, Pyrrhi munera repudiârunt. — Philippus tot populos non subegit quot Alexander. — Estne tibi tantum otii, ut aliena cures? — Themistocles non tam æquum se præstitit quam Aristides. — Sanctus Hieronymus sacerdotii sanctitudine ita perterrebat, ut illius munia nunquam expleverit. — Quaedam existunt animalia tantula ut solo microscopio aspici valeant. — Tam parum grati fuerunt Syracusani, ut Dionem de se optime meritum turpiter ejecerint. — Non tanta erat Græcia quanta Persia; a Græcia tamen Persia subacta est.

Thème 79.

210-213. — Lacedemone tot milites quot cives numerabantur. — Manasses, Ezechie filius et successor, tam impium quam crudelem primum se gessit. — Quanti divitiis æstimat avarus, tanti nobis virtus æstimanda est. — Tot telis confossus est Darius, ut paulo post interierit. — Jobi uxor haud tantam patientiam quantum sanctus ille patriarcha exhibuit. — Nemo adeo malus est, ut videri

velit. — Tanta erat Cimonis Atheniensis liberalitas ut suis hortis et prædiis nullos custodes apponeret. — Haud tantulæ sunt stellæ quantulæ videntur. — Humanitatis adeo immemores fuimus, aiebant Jacobi filii, ut fratrem nostrum non audiremus. — Honores tam parvificiebat Phocion, ut illos neutiquam ambiret. — Quam imbellis primùm fuerat Carthago, tam potens deinde facta est. — Aristides tantam animi firmitatem adversis rebus, quantam prosperis modestiam exhibuit. — Alexander tantum a Persis quantum ab ipsis Macedonibus desideratus est. — Quam acer et animi promptus fuerat Dionysius Major, tam placidus et quietus fuit Junior. — Nullus imperator tantum desideratus est quantum Titus.

Thème 80.

210-213. — David in Absalonem haud tantam severitatem quantam Saul in Jonatham adhibuit. — Macedones tanto impetu in Scythas irruerunt, ut hi citato cursu aufererint. — Cyrus tantam ante prælium sagacitatem quantum in prælio ardorem ostendebat. — Annibal tam politica quam militaris scientiæ erat peritus. — Imilco, dux Carthaginensis, in Sicilia primùm tot retulit victorias quot prælia commisit. — Væ nobis qui bona caelestia haud tanti facimus quanti terrena amatores. — Quantum ad tuendam patrum suorum religionem studium ostendit rex Ezechias, tantam ad gerendum bellum fortitudinem exhibuit. — Pilatus Jesu Christo non tam infestus fuit quam principes sacerdotum et pharisæi. — Adeo crudelis erat Athalia ut, ad occupandum solium, mortui regis liberos neci dederit. — Apelles uvas tam perfectè pinxerat, ut ad tabulam aves advolarent. — Tanta est Judæorum perveracia, ut, elapsis jam duodeviginti sæculis, adhuc in sua perstant incredulitate. — Tam vesanus fuit Alexander ut in equi sui honorem urbem quam illius nomine dixit Bucephaliam condiderit.

Thème 81.

214-219. — Tobias magis Deum quam Assyriorum regem timebat. — Haud minus perfidus quam crudelis erat Caligula. — Cicero pauciores claros oratores quam celebres philosophos numerabat. — Cyrus Junior pluris Græcorum quam Barbarorum copias faciebat. — Mithridates sæpius venena hauserat, quam ut vim eorum sentiret. — Minus auri habuit Pyrrhus, quam ut Fabricium corrumperet. — Eo periculosius est adulationis venenum quo subtilius. — Alexander eo audacior erat, quod ipsi prosperè procedebant omnia. — Vir christianus eo valentior est quo humilior. — Quo beneficentior tu erga pauperes eris, eo Dei oculis eris ditior. — Quo quis in Deum magis gratus est, eo uberiores ab illo accipit gratias. — Quo quid pretiosius, eo diligentius asservandum est. — Dionysius tyrannus, sibi subditis diffidens, quam rarissime in publicum prodibat. — Sanctus Joannes, Alexandriae patriarcha, quam plurimos poterat pauperes alebat. — Epaminondas eo majori præditus erat virtute quo pauperior. — Ut quisque humillimus, ita Jesu Christo gratissimus est. — Commodus Marco Aurelio successit; at quanto minoris filius quam pater aestimatus est ?

Thème 82.

214-219. — Philippum arma magis quam convivia delectabant. — Minoris Crassi thesauros quam Attici libros faciebat Cicero. — Alexander plures subegit provincias quam urbes expugnarunt cæteri. — Eo humilior erat sanctus Augustinus quo doctior. — Episcopatu eo dignior erat sanctus Athanasius quod ad declinandam illam dignitatem latebras exquisierat. — Quo plura miracula Christus patrabat, eo magis crescebat Pharisæorum odium. — Deo eo cariiores finis quo mundo magis invisus sumus. — Ut quisque optimus est, ita plurimi aestimatur. — Imperator Constantinus episcopis ac sacerdotibus quam plurimam poterat exhibebat reverentiam. — Avarus quam

paucissimos e manibus nummos emittit. — Gravius est meum scelus, dicebat improbus Cainus, quam ut mihi Deus ignoscat. — Minus ingenii habebat Claudius imperator, quam ut imperium administraret. — Quo magis opprimebantur Israelitæ, eo magis in dies crescebat eorum numerus. — Quo quis beneficentior est, eo magis ab omnibus diligitur. — Quo quid rarius est, eo pluris æstimatur.

Thème 83.

214-219. — Eo magis Philotæ invidebat Craterus quo majori apud Alexandrum gratia Philotas valebat. — In Jesu Christi regno, quo quis plura dat, eo fit ditior. — Epaminondas haud minus philosophiæ quam campestrium exercitationum studiosus erat. — Jesus Christus Judæos minus humanos quam ethnicos expertus est. — Xerxes plures naves militesque ducebat quam ut victoriam non speraret; ejus autem copiæ minus erant strenuæ quam ut Græcos vincerent. — Alexander quam maxima potuit celeritate Darii interfectores institit. — Quam plurimos libros congerebat Cicero. — Philippus se plura oppida suis largitionibus quam armis expugnasse gloriabatur. — Judas sua obcæcatus avaritia, minoris Jesum quam Mariæ, Lazari sororis, unguentum æstimavit. — Major sum ego, aiebat Seneca, quam qui meo serviam corpori. — Leonidas pauciores habebat milites quam ut Persas vinceret. — Nostris oculis eo splendidior erit Jesu Christi religio, quo altius eam perscrutabimur. — Eo pluris æstimandi erant Aristides ac Epaminondas quod suorum civium injurias obliviscebantur.

Thème 84.

196-219. — Quamquam excellebat Aristides abstinentia, tamen exilio mulctatus est. — Sunt qui, quod sentiunt, etsi optimum sit, tamen non audeant dicere. — Assyriorum rex devictos Israelitas in Assyriam transtulit. — Pytha-

goras, Tarquinio Superbo regnante, in Italiam venit. — Capuam cum venissem, consules conveni. — Nemo est orator qui se Demosthenis similem esse nolit. — Omnium, quos unquam audivi, hominum eloquentissimi sunt Sempronii. — Aristoteli Philippus commisit suum filium Alexandrum quem ille institueret. — Non sum tam inurbanus ut his verbis graver. — Philippus, Macedoniae rex, judicæ Demosthene, minus suorum vi armorum quam Atheniensium inertiae regni sui finium propagationem debuit. — A Babylonis rege tanti æstimabatur Daniel, ut in ejus palatio semper habitaret. — Quantacumque laudem per vitam suam sibi pepererat Regulus, fuit tamen mors ipsius præclarior. — Eo pejores evadebant homines, quo a sua remotiores erant origine. — Quo quis beneficentior est, eo magis ab omnibus diligitur. — Meus est animus erga te idem ac fuit. — Dissimulatio est, cum alia dicas ac sentias. — Suae gloriæ magis anxia erat Carthago, quam quæ suis copiis externos duces præficeret. — Brutum suus collega quam plurimo potuit apparatu sepeliendum curavit. — Quanti Demosthenis opera faciebant Athenienses, tanti Ciceronis opera Romani.

Thème 85.

196-219. — Cuinam magistro plures auditores quam Socrati operam dederunt? cuinam illustriores. — Quales sumus, tales esse videamur. — Nihil commutatur animo, et iidem abeunt qui venerant. — Quantacumque erat Epaminondæ peritia, adeo ingrati fuerunt Thebani, ut illi imperium abrogaverint. — Rectum est in contentionibus, etiamsi nobis indigna audiamus, gravitatem retinere. — Cæsar libertum gratissimum, quamvis nullus de eo quereretur, capitali pœna affecti. — Ut oculus, sic animus cetera cernit, nec se videt. — Alexander, devictis Scythiis, omnes captivos absque pretio ultro restituit. — Cum Maria Dei genitrix sit atque mater nostra, ad eam maxima cum fiducia debemus confugere (ou nobis confugiendum

est). — Pyrrhus ad Romanos legatum misit qui pacem peteret. — Nihil est difficilius quam reperire quod sit omni ex parte perfectum. — Quotusquisque est qui voluptatem neget esse bonum. — Rectum est ut eos, qui nobis carissimi esse debeant, æque ac nosmetipsos amemus. — Sæpe fit aliud atque homines arbitrati sunt. — Jugurtha quam maximas potest copias armat. — Jesus Christus tantâ erga Judam mansuetudine, quantâ Judas in Jesum perfidiâ usus est. — Eo pejus oderant Dionysium majorem, quo se crudeliorem gerebat. — Adeo perfidus avarusque erat Judas, ut proditum Dominum suum triginta denariis Judæis vendiderit. — Homines quo plura habent, eo ampliora cupiunt.

Thème 86.

196-219. — Antonius, repudiata Octavii sorore, Cleopatram duxit uxorem. — Romulus, cum non comparuisset, ad deos transisse creditus est. — Artaxerxes ab Atheniensibus petivit ducem quem exercitui præficeret. — Quis est qui non oderit libidinosam adolescentiam? — Epicurus dicit, omnium rerum quas ad beatè vivendum sapientia comparaverit, nihil esse majus amicitia. — Quot dæmones, tot Ecclesiæ adversarii; quot vero angeli in cælis, tot christiano viro defensores. — Græcis non tantæ erant copię quantæ Xerxi; rex ille tamen aufugere coactus est. — Philippus, suo ineunte regno, tantæ severitatis erat ut quemdam militem, qui sua arma posuerat, immisericorditer morte mulcaverit. — Philippus, ob suam fraudem notus, eo solertio rem se existimabat, quo agebat perfidiosius. — Homines benevolos, qualescumque sunt, insequitur contumelia. — Plerique a quo plurimum sperant, etiamsi his non egeat, tamen ei potissimum inserviunt. — Tametsi vincere debeam, tamen de meo jure decedam. — Virtus splendet per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit. — Nihil proficiunt, quin admodum mentiantur. — Quamvis exigui initio sint

affectus, brevi in majus excedunt. — Quis tantus est quem non fortuna indigere etiam infimis cogat? — Majore mihi ingenio videtur esse Isocrates, quam ut cum Lysia comparetur. — Disputationem exponimus iisdem fere verbis quibus disputatum est. — Ne aliter quam ego velim meum laudet ingenium.

AVERTISSEMENT

Le titre de la 2^e partie du cours de thèmes « Syntaxe et Supplément » est remplacé ici par celui de « Syntaxe Complète » parce que, dans la nouvelle édition de la *Grammaire latine simplifiée*, le Supplément ne se trouve pas séparé de la syntaxe proprement dite.

II. — SYNTAXE COMPLÈTE

Thème 87.

111-116. — Zacharias, pontificis Joiadæ filius, regis Joæ jussu, lapidibus obrutus est. — Imperator Antoninus Romam, Narbonem, Antiochiam et Carthaginem, urbes variis incendiis magnopere devastatas, reficiendas curavit. — Thebani et Thessali Philippum, Macedoniæ regem, ducem elegerunt. — Cum exercitui primum præfuit Alexander, veteris imperatoris solertiam necnon juvenis ducis bellicam virtutem exhibuit. — Parentum sortem doleo quibus, tanquam Heli, sunt liberi pravis moribus. — Res ab Alexandro Magno præclare factas nos miramur. — Felix puer qui Deo serviendi cælumque adipiscendi solo flagrat desiderio. — Magna pars militum vulnerati aut occisi sunt. — Imperator Marcus Aurelius miseris curæ habebat : quos sublevare summæ illi erat voluptati. — Sancti Basilii pater et mater sua pietate erant commendandi; illisque sui decem liberi similes fuerunt. — Vir vere doctus fatetur, sicut Socrates, se nihil scire. — Nonne turpe est, ait Seneca, multo post ortum solem stertere, et diei noctisque vices invertere? — Tribuni Scipionem Africanum acceptæ pecuniæ accusarunt. — Prima luce ad opus exit diligens arator. — Parcimonia est scientia sumptus supervacuos vitandi.

Thème 88.

111-116. — Ex Ægypto rediit Abrahamus, pecoribus, auro et argento prædives. — Sanctus Ludovicus primus in mare armatus insiluit, sui que eum imitati sunt milites. — Cinna, dixit Augustus, tu me vis trucidare : at

ego quem a me non audes petere consulatum tibi tribuo. — Cato Valerium Flaccum in consulatu collegam habuit. — Sanctus Carolus Borromæus, archiepiscopus Mediolanensis, magnum in promulgandis concilii Tridentini decretis studium exhibuit. — Duo Tyrriorum millia, Alexandri jussu, crucibus affixi sunt. — Jacobus Josepho, qui ipsi duo retulerat somnia, dixit : Numquid ego, mater tua tuique fratres olim te in terris sumus adoraturi? — Coriolanus e sua ejectus patria ad Volscos se contulit. — Gorgiæ in templo Apollinis statua ex auro solido erecta est. — Cyclopi Polyphemo in media fronte unus erat oculus. — Marcus Aurelius urbem Smyrnam, terræ motu eversam, de integro ædificandam curavit. — Quis nescit Samsonem stupendi fuisse roboris? — Vix Dion occidendi Heraclidis fecit copiam, cum jam nec gaudere nec quiescere valuit. — Artabazus in Ochum, Persarum regem, rebellavit, et ad Philippum, Macedoniæ regem, confugere coactus est. — Tres Danielis socii mediis in flammis ambulabant, Deum collaudantes. — Cicero vir egregii fuit ingenii. — Acute dicta parum mirabantur Thebani; fortiter gesta magis probabant.

Thème 89.

111-116. — Marcus Aurelius Antoninus, Romanus imperator, quotidie diis gratias agebat quod bonos parentes, magistros eximios, amicosque sinceros sibi tribuisent. — Ubinam gentium, ait Seneca, reperire est vere sapientem quem tot a sæculis frustra requirunt? — Dicebat Tobias sibi satius esse mori quam vivere. — Tobias pater novem et nonaginta annos natus obiit. — Vitæ suæ metuens Darius terga vertit, suæque illum secutæ sunt copiæ. — O plebs mea, quid ego tibi feci! ego te manna in deserto enutrivit, at tu me felle et aceto inebrias! — Abrahamus suis servis dixit : Istic expectate; ego vero et filius ibimus sacrum in monte facturi. — Ingens militum turba convenerant. — Multa facetè dicta a Catone

sene collecta sunt. — In Actiaca pugna, classis Octaviana Antonianam devicit. — Bellum ineunte vere suscepit Pompeius; media æstate confecit. — Syllæ intererat ut Jugurtham comprehenderet, et ita sibi confecti belli laudem vindicaret. — Regis Pharaonis pincerna, in suum pristinum munus restitutus, Josephi de se bene meriti oblitus est. — In somniis vidit Nabuchodonosor statuam cui caput ex auro, ex argento pectus et brachia, venter ac femora ex ære, e ferro crura, pedesque partim ferrei, partim argillacei erant. — Decius, sperans mortem suam patriæ suæ fore salutem, se mediam in aciem immittere non dubitavit.

Thème 90.

411-416. — Deum orandi et de altera vita meditando nobis deest tempus, aiunt plurimi christiani: vae istis! Nonne bibendi, edendi, dormiendi, saltandi, ambulandi et iter faciendi tempus inveniunt? — Cato Uticensis Pompeianas partes secutus erat. — Cyrus Judæis Hierosolymam redeundi potestatem concessit. — Quindecim Romanorum millia in acie occisi sunt. — Alexander filiam Darii uxorem duxit. — Homo verè humilis, cum de se loqui cogitur, semper veretur ne plus æquo dicat. — Summa est calamitas peccatoribus in Dei vivi manus incidere. — Ægypto exierunt Israelitæ, Ægyptiorum spoliis onerati. — Mundi assecleæ, vos nunc gaudetis, nos autem gemimus; aderit dies cum gaudebimus nos, vos vero lugebitis. — Cæsar Pompeium insequens, hunc interfectum fuisse audivit. — Sanctus Stephanus tertius Cisterciensis abbas, cruces e ligno, et thuribula ex ære aut ferro habere voluit; soli calices ex argento erant. — Die quadam, cum Moyses gregem suum in imam solitudinem duxisset, illi Dominus per flammam e medio dumo erumpentem apparuit. — Multa a Catone vel acta constantiter, vel acutè responsa feruntur. — Manlius Capitolinus, regni affectati suspectus, de Tarpeio saxo præcipitatus est.

Thème 91.

417-427. — Ne putes Socratem, gravem illum philosophum, artis militaris rudem fuisse. — Alexander Phœreus multo minùs homini quam belluæ similis erat. — Hæc dicit Dominus exercituum: In montem ascendite, asportate ligna, domum meam ædificate, et hæc mihi erit gratissima. — Patriam ab omni periculo tutam ponit civium virtus. — Cadusii duræ ac laboriosæ vitæ maturè assueti, pro nihilo labores ac pericula ducebant, ideoque rei militari (ou ad rem militarem) erant aptissimi. — Affirmare licet Alcibiadem ad quietem non fuisse natum. — Dion qui suam e tyrannide eripuit patriam, egregiis dotibus præditus erat. — Voluptas, aiebat Cyrus, vinculum est quod difficiliùs quam validissimæ e ferro catenæ frangitur. — Non potuit Saul quin exclamaret: David, fili mi, tu me justior es. — Jesus tempestatem citiùs dicto placavit. — Cicerone iudice, Epaminondas vir totius Græciæ clarissimus exstitit. — Pompeius a Cæsare devictus est: prior posterioris gener erat. — Varronis collega fuit Paulus Æmilius: ille acer ac temerarius erat; hic contra prudentissimus. — Sicyonius ager vini, frumenti et olei erat feracissimus. — Cæsaris cædes non erat digna laudatu (ou laude ou quæ laudaretur).

Thème 92.

417-427. — Cupiebat Scythia Anacharsis e Græcia non quidem ditior quam doctior, sed doctior quam ditior in suam patriam redire. — Miles romanus laborum patiens erat. — Bæoti ingenii expertes habebantur. — Visu mirabilia sunt antiqua quæ adhuc exstant monumenta. — Unus ex militibus qui Jesum Christum cruci affixum servabant, lancea latus ejus aperuit, ex quo exivit sanguis et aqua. — Apes nunquam plus unum regem patiuntur. — Annibal ad civilia munia haud minùs aptus erat

quam ad militaria. — Doctissimus quisque ignaros erudiat. — A Cyro, primo Persarum rege, ad Darium, qui postremus exstitit, tredecim reges numerantur. — Velocissimum omnium animalium est delphinus. — Pœni parebant duci peritiori quam Varro erat. — Duas a te accepi epistolas; respondebo igitur priori prius. — Alexander gloriæ avidior erat. — Ex omnibus humanis bonis, bona existimatio solum est quod mors nobis auferre non valeat. — Ad dandum semper parata sit tua manus. — Solon, cum Atheniensibus leges constituit, se benevolum omnibus ordinibus gessit, quamvis plebeculæ præcipue devotus esset. — Theodosius imperator eximiis quidem præditus erat dotibus; sed ad irascendum promptior erat; porro homo iratus non est sui potens, multaque agit quorum seriùs illi pœnitendum est.

Thème 93.

117-127. — De Pericle quid dicis? Eratne dux peritior quam orator eloquentior, an eloquentior orator quam dux peritior? Nescio. — Crux minus est gravis quam putamus; nihil suavius est quam illam cum Jesu Christo portare. — Sit noster animus ab omni mœrore liber, omnique cura vacuus. — Belli particeps et socius esse cogor. — Romani patriæ erant amantissimi. — Apud veteres, oppida erant expugnata difficilia (ou expugnare erat difficile). — Præviderat Tiberii præceptor hunc pronum fore ad effundendum sanguinem. — Humillimus quisque in Jesu Christi regno primam sedem impetrabit. — Victoria spe major fuit. — Hippocrates unus ex peritissimis medicis habetur. — Athenis, pulcherrimum omnium fanorum Minervæ virgini sacrum erat, ideoque Parthenon fuit appellatum. — Mors civibus romanis semper fuit servitute potior. — Socratis liberi matri suæ similiores fuerunt quam patri. — Sancti apostoli Petrus et Paulus Romæ eadem die martyrio affecti sunt: prior cruci affixus, posterior, tanquam Romanus civis, obtrun-

catus est. — Constat Ochum sui generis principem crudelissimum ac pessimum fuisse. — Quidam doctiores sunt quam videntur. — Nunquam apud Romanos exstitit orator magis conspicuus quam Cicero.

Thème 94.

117-127. — Vespasianus ad obliviscendas injurias et ad ignoscendum inimicis suis semper paratus esse videbatur. — Qui ex tribus Horatiis non fuerat occisus, tribus Curiatis par non erat; at unusquisque Curiatorum seorsim sumptus Horatio, qui non erat saucius, impar erat. — Cato censor erat propositi tenax. — Æneas, trojanus princeps, erat æqui observantissimus. — Cum maturiùs solito surrexisset Darius, ad leonum lacum, quo suus amicus Daniel coniectus fuerat, properavit. — Si Juvenali adhibenda est fides, mulier adamussim optima, æque inventu difficilis est ac phoenix. Cæterum de viro probò idem affirmat Seneca. — Ex omnibus Orientis fluminibus, nullum Tigride violentius invenitur. — Majori virtute præditus fuerat Marcus Aurelius quam Commodus, suus filius, qui ipsi successit. — Spartani nudis ingredi pedibus, humi cubare, necnon frigus et calorem tolerare ab infantiâ erant assueti. — Optimus quisque regis Davidis partes in ejus filium Absalonem amplexus est. — Non te fugit sanctum Joannem sanctumque Jacobum fratres fuisse: Jacobus natu major martyrii palma primus inter apostolos donatus est; Joannes vero natu minor, qui circiter centum vixit annos, omnium apostolorum postremus obiit. — Plerique injurias gravius æquo habent. — Burrhus Neronis scelerum, præter Agrippinæ cædem, non fuit particeps. — Apud Romanos, sacerdotes a militia immunes erant.

Thème 95.

117-127. — Vir bonus alterum sui similem amicum quærit. — Adjuvante Dei gratia, continere cupiditates

præclarum magis est quam difficile. — Cresus, rex Lydiæ, belli sibi imminentis anxius, oraculum Delphicum consuluit; Cyrus vero, securus futuri, semper ultra pergebat. — Sulpicii Severi scripta lectu non sunt indigna. — Alexandrum haud ampliùs quam mille equites sequebantur; agebantur ergo a tam paucis, pecorum modo, Persæ fugientes. — Ex omnibus Græcis, unum Aristidem Atheniensem commemorat historia, cui sua singularis probitas Justî cognomen pepererit. — Solon visus est infensissimus Pisistrato, cujus ambitio blandaque eloquentia reipublicæ perniciosissimæ erant. — Quas ad Aristotelem, qui ipsius filium Alexandrum olim erat educaturus, scripsit Philippus litteras, eæ equidem summo principe patreque optimo erant dignæ. — Doctissimus quisque ibat auditurus Socratem, qui Græciæ oraculum existimabatur. — Haud te fugit ambos Dionysios in Sicilia per ordinem regnavisse; natu major crudeliorem se præstitit. — Nihil magis regium est, dicebat Alexander, quam sibi beneficienti maledicentem placide audire. — Melius dixit columbis: Me dominum accipite; ab omni vos injuria tutæ eritis. — Cuncta humana virtute inferiora sunt.

Thème 96.

128-132. — O Maria, quam felix tu, quæ coram Domino gratiam inveneris! ecce Filium concipies et paries. — Sanctus Theobaldus, quam in solitudinibus egerant propheta Elias, sanctus Joannes Baptista, sanctus Paulus solitariùs sanctusque Antonius vitam diu demiratus, illos imitari voluit. — Haud intelligo quomodo Romanos juvare potuerint gladiatorum certamina. — Narrant Coriolanum suæ matri Veturiæ per omnia satisfacisse. — Curabant Lacedæmonii ut senes nonnulli suorum liberorum ludis semper interessent. — Quantæ calamitates Vitellio in solium ascendentem impendebant! — Alexandro erat equus valdè industrius necnon ad prælia maximè idoneus. — Capuæ deliciæ Annibalis copiis majori quam

Alpes detrimento fuerunt. — O divites, Jesus Christus ultima die vestram in pauperes inclementiam vobis vertet crimini. — Athenienses et Lacedæmonii regi Admeto nisi sibi ipsis Themistoclem traderet, bellum frustra minati sunt. — Sanctus episcopus Alexander, primo carbonarius, ad constantiam cælique desiderium gregem suum incitabat. — Cresus Apollini tripodem aureum dono misit. — Themistocles intra annum persicâ linguâ apprimè loqui didicit. — Principibus magis metuendi sunt adulatores quam arma hostilia. — Summe Deus, omnes pacem te rogamus. — Nunquam obliviscamur Jesum Christum mortem pronobis passum esse. — Bona existimatio divitiis multo præstat.

Thème 97.

128-132. — Nolite oblivisci, adolescentes, Jesum Christum, Dei Filium, suis parentibus obedire dignatum fuisse. — Caiphas Judæis dixit: Vobis expedit ut homo unus pro toto populo moriatur. — Tuam temeritatem, o Varro, tibi jurè vitio verterunt Romani. — Putiphar nimis credulus Josepho iratus est, illumque in carcerem conjici jussit. — Alexander, post devictum Darium, Persarum regem, plurima commisit prælia, urbes expugnavit validissimas, populos et reges subegit. — Regulum, cum Româ Carthaginem proficisceretur, non fugiebat quanti semetipsum manerent cruciatus. — Imperator Constantinus ejusque filii sancto Antonio reverentissimas litteras scripserunt. — Ego et pater fratresque mei pro patria arma tulimus. — Matronas Parisienses hortata est sancta Genovefa ad avertendam precibus, vigiliis et jejuniis Dei iracundiam. — Judæis Antiochus bellum facit; at nescit horrendam sibi mortem imminere. — Abfuit David a proelio in quo occisus est suus filius Absalon. — Dux peritus ipsos sibi dilectissimos sua consilia celat. — Cæsar urbem Massiliam, quæ Pompeii causam tuebatur, oppugnavit; relicta dein obsidione, ad Pompeia-

nos in Hispaniam processit, exercitumque montes Pyrenæos traduxit. — Confer vitam vel longissimam cum aeternitate, vix punctum videbitur.

Thème 98.

128-132. — Plato Athenienses beatæ vitæ fontes edocuit, bonum scilicet, et verum. — Me de faciendis verbis rogas. Heu! mihi deest tempus. — Si in tuo perstas proposito, dicebat Coriolano Veturia, mors prompta aut diuturna servitus tuos manet liberos. — Viro principi majori sunt gloriæ beneficentia et tenera erga miseros miseratio quam maximè insignes victoriæ. — Jobi uxor suam huic sancto viro patientiam crimini vertebat. — Qui Nicæno concilio interfuerunt episcopi, ii suum Constantino erga Ecclesiam studium gratulati sunt.

— David suum filium Salomonem hortatus est ut timeret Dominum illique fideliter serviret. — Quos nostrum non delectat labor, eos manent multæ miseriæ. — Cùm loqui voluit, vox eum defecit. — Marius accurrit auxilio suis laborantibus. — Ochus sui patris Artaxerxis mortem decem mensibus Persas eclavit. — Caio Marcio cognomen Coriolano (ou Coriolani ou Coriolanus) fuit. — Spartanorum liberi præcipuè Homeri carmina docebantur. — Massiliensibus magna cum Gallis bella fuerunt. — Caligula sibi suisque successoribus magnificam in monte Palatino ædificavit domum quæ *Palatium* appellata est.

— Persæpè facta dictis (ou cum dictis) minimè concordant. — Annibal suos elephantes Rhodanum annum trajecit. — Samnites Herennium suam sententiam rogaverunt de Romanis qui Furcis Caudinis includebantur. — Tyrii Alexandrum amicum quidem, non autem dominum volebant accipere.

Thème 99.

128 132. — Quæ Hierosolymâ Babylonem translata fuerunt vasa sacra, hæc Judæis Cyrus restituit. — Quis

non miretur Dei Patris benignitatem, qui, ut nocentes salvos faceret, suo dilecto Filio non pepereit. — Apud Romanos proceres saltare non decebat, apud Græcos autem, viros etiam summo loco natos decebant musica et saltatio. — Sancto Ludovico irati sunt Sarraceni, et sancto huic regi atque aliis captivis mortem minari ausi sunt. — Voluntas sæpius quam facultas bene agendi hominibus deest. — Pœni Asdrubalem auxilio fratri suo Annibali miserunt. — Apud quemdam auctorem legi Epaminondæ, Thebanorum duci clarissimo, unam tantum vestem fuisse. — Fabio, Allobrogum victori, cognomen Allobrogico est inditum. — Cato sententiam de pœna a Catilinæ consciis expetenda rogatus est. — Apud Romanos, magistri pueros artem legendi et scribendi docebant. — Mors potius insequi videtur militem suæ vitæ metuentem. — Natura parentum amorem liberorum pectoribus infundit. — Non minori gaudio fuit apostolis Jesu Christi resurrectio quam mors ejus ipsis dolori fuerat. — Sua equiti romano obesitas crimini vertebatur, suumque ei equum censores adimebant. — Quanta calamitas Herodi suum in tribunal ascendenti imminet! istum mox percutiet Dei angelus, istiusque corpus a vermibus corrodetur. — Ad vos, peccatores, spectant hæc tremenda sacra scripturæ verba.

Thème 100.

128-132. — Babylonii Danieli irati regem adierunt, illique minati sunt mortem, nisi sibi ipsis Daniele m dederet. — Syracusano cuidam fonti nomen Arethusa est. — Cyro erant trecenti currus falcati, quorum quisque a quatuor equis trahebatur. — Multi homines qui ingenuis studiis delectantur, nonnunquam valetudinem negligunt, ut eam voluptatem, quæ viros litterarum studiosos manet, consequantur. — Græcos a Persis oppugnatos non defecit virtus. — Fabius Maximus Minucio suo collegæ periclitanti ivit auxilio. — Romulus devieti cujusdam regis

exuvias Jovi dono dedit. — Senator quidam suum filium capite plectens, quod in Catilinæ partes transiisset: Te patriæ, inquit adversus Catilinam, non autem Catilinæ adversus patriam genui. — Ipsa natura omnium animis Dei notionem impressit. — Alexander Philotæ crimini vertit quod ipsum ille Dymni conjurationem celavisset. — Græci rhetores artem dicendi et disputandi adolescentes docebant. — Cæsar, rogatus sententiam de Catilinæ consciis, censuit reos non esse morte plectendos. — Cur ea curas quæ nihil ad te attinent? — De sua quisque re me ipse doceat. — Claudii imperatoris necem plebs diu celata est. — Jesus Christus omnibus dixit: Benefacite iis qui vos oderunt, et pro persequentibus vos orate.

Thème 101.

133-138. — Summoperè gaudebant Romani navali victoria quam a Pœnis Duillius reportaverat. — Cimon nemini suorum prædiorum interdicebat aditu. — Impius Antiochus, cum se a Deo percussus vidit, scelerum quæ patraverat recordatus est. — Ad astutiam se convertit philosophus Anaximenes, ut Lampsaci patriæ suæ salutem ab Alexandro rege obtineret. — Ismael ex Abrahamo et Agare; Isaac vero ex Abrahamo et Sara natus erat. — Ab iniquâ Ægyptiorum servitute per Moysen Hebræi liberati sunt. — Josephus fratrum suorum sacco frumento impleri jussit. — Noemus, dum arcem ædificaret, homines de diluvio ipsis imminente incassum admonerat. — Quis possit credere sanctum Athanasium, insignem illum Ecclesiæ doctorem, ab Arianis homicidii atque incantamenti fuisse insimulatum! Urbs Cyropolis, a Magno Cyro ædificata, ab Alexandro Magno a fundamentis prorsuta fuit. — Judam suæ perfidiæ poenituit, at impedivit demon ne ille Dei misericordiam imploraret. — Tot post clades Fabii intererat ut certamen cum Annibale declinaret. — Ad pueri felicitatem interest, ut maturè virtutem colat. — Nec ad patibulum nec ad virgas damnari pote-

rant cives romani. — Cujusnam est, nisi pastoris, suum gregem curare? — Moysi summa opus fuit constantia ut populo rebelli quem sibi commiserat Deus præset. — Philosophi de vita, de morte, de immortalitate, de Deo loquuntur. — Alcinous nunquam de Ulyssis infortuniis audierat, et ideo huic principi de Fortunæ rigore querenti studiosè aurem præbebat. De Tarpeio saxo ii dejiciebantur qui regnum affectaverant.

Thème 102.

133-138. — Quadam die, Placidus, sancti Benedicti discipulus, ivit aquam e lacu haustus, et in eum incidit. — Ex Sunamitidis lacrymis cognovit propheta Elias aliquid adversi illi accidisse. — Fuere eruntque semper hæreses et scandala: hoc nos Jesus Christus sanctusque Paulus monuerunt. — Argutus Pausanias suam patriam prodere voluisse, a Lacedæmoniis capite fuit damnatus. — Thebis nati sunt Pelopidas et Epaminondas, hic ex pauperibus, ille vero ex ditissimis parentibus. — Ad crucem damnabantur servi qui graviter peccaverant. — Epaminondas, utpote pythagoricus, sibi vino interdicebat. — Fratres erant Esau et Jacobus: patri suo prior, matri suæ posterior magis dilectus fuit. Vix de fructu vetito comederunt Adamus atque Eva, cum ipsos suæ inobedienciæ cœpit pudere. — Carissimi mei filii, inquit Machabæorum mater, vestra magni refert a Domini lege non deficere. — Non diu regnarunt Otho et Vitellius; utriusque eorum intererat regnum non affectare. — Gaudete, christiani, quod vestri sint omnes Jesu Christi thesauri. — Intellexit sanctus rex Ludovicus singulari sibi opus esse sapientiæ, ut commissum sibi populum moderaretur. — O Domine, tu verba vitæ æternæ habes; tuum est, o magister, nos edocere; nostrum est, qui tui sumus discipuli, te audire. — Marius haud nobili ortus erat genere; e rustico enim Arpynensi natus est. — Jocaste, OEdipi mater, de suâ sorte

multum ac diu quæstus, sese e clavo suspendit. — Jesus, cum descendisset de monte, leprosum sanavit.

Thème 103.

133-138. — Ferunt Darii matrem, auditâ Alexandri morte, omni cibo abstinuisse. — Quam multi graculum pavonis pennis gloriantem imitantur! — Recordatus est Deus fœderis quod cum patribus sanxerat, et filiorum misertus est. — Tres præfecti, Davidis exercitus fortissimi, Philistæorum castra emensi sunt, ieruntque aquam huic principi ex Bethleemæ cisternâ hausturi. — Pyrrhus ex Fabricii nuntiis audivit suo medico in animo fuisse ipsum veneno necare. — Jesus Christus suarum ovium causa moriendo, illas a luporum faucibus latronumque gladio liberavit. — Ingluviei necnon vinolentiæ Trajanum nonnulli insimulaverunt historici. — Daniel a viris sibi adversantibus regis mandata infregisse argutus, in leonum foveam projici jussus est. — Sanctus vir Jobus, ab imis unguibus usque ad summum verticem, horribili plagâ fuit contactus. — Hippocrates a Syracusis, et Tarquinius priscus Corintho oriundus erat. — Cæsar in senato de vita et morte disseruit; mortem professus est esse omnium malorum finem; falsa videlicet existimans ea quæ de inferis dicebantur. — Dionis filius de tecto domûs se præcipitem dedit. — Civibus in exilium ejectis populus romanus igni et aquâ interdicebat. — Senes de præterito tempore benignè loqui, de præsentis vero queri solent. — Sua Manassi utilia fuerunt infortunia: namque in carcerem conjectum huic suorum poenituit scelorum, istorumque veniam impetravit. — Nostrâ Jesu Christi fratrum interest ut caelestia bona appetamus. — Probi est viri patriæ suisque parentibus opem ferre, ubi illos audit periclitari. — Discant divites suum esse miseris optulari. — Sæpe ad bestias damnati sunt christiani.

Thème 104.

133-138. — Ad Alexandri gloriam intererat ut Darii conjugem ac matrem benignè haberet. — Alexander ad Darium scribebat: Numquid te decet quod jam non tuum est offerre, et quod nunc meum est velle partiri? — Rubenem ex Jacobi filiis natu maximum haud poenitere debuit se a scelere quod adversus Josephum fuerant meditati fratres suos revocavisse. — Cùm Socrates sibi domunculam ædificaret, haud minus hanc veris amicis, quam suam avarus auro et argento, implere cupiebat. — Apud Persas, Cyri temporibus, solo pane vescabantur ac nasturtio pueri et juvenes, et non nisi aquam potabant. — Deus Josephi misertus est quem Putiphar a sua conjugè deceptus in carcerem conjici jusserat. — A famulis quæsit David num suus adhuc viveret filius, quem mortuum ex eorum vultu et sermone cognovit. — De Samsone dixit angelus: Ille populum Israeliticum a Philistæorum servitute liberare incipiet. — Platonis amplitudo Aristotelem a scribendis de philosophiâ libris non deterruit. — Delirus Timon dixit: Unum vos moneo, Athenienses: si quis se suspendere velit e ficu quæ in medio agro meo sita est, properet: ego enim de illa evertenda cogito. — Socrates humili genere natus erat, ex patre scilicet marmorario cui nomen erat Sophroniscus. — Cicero de Providentiâ disseruit pluribus in locis libri sui cui titulus: De natura Deorum. — Zachæus de sycomoro in quo stabat descendit et Jesum excepit in domum suam. — In navibus remos agebant, qui ad triremes fuerant damnati. — Apud Athenienses, bonis interdicebatur patribus mente captis.

Thème 105.

139-145. — Sanctus Athanasius in sui patris tumulo quatuor menses delituit. — Reditus in patriam, post diurnam in terrâ alienâ mansionem, cunctis magno

gaudio est. — Lacedæmone non idem vir qui Athenis Alcibiades videbatur. — Nabuchodonosor, vigesimo primo regni sui anno, et post eversam Hierosolymam quarto, in Syriam regressus est urbemque Tyrum obsedit. — Eliezer ex Mesopotamia profectus est, ad Abrahamum dominum suum rediturus, illique quidquid ipse egerat narravit. — Saulus, cum Damascum pergeret Christianos vexaturus, repente virtute divina humi prostratus est. — Sancta Genovefa, suis orbata parentibus, Parisios se contulit, et apud dominam matrinam suam hospitata est. — Martyrium passus est sanctus Telesphorus : decimum jam annum pontificiam sedem occupabat. — Annibal, novem annos natus, odium in Romanos perenne juravit. — Alexandri milites Scythas adorituri, tres intra dies duodecim ratiom millia fabricaverunt. — Romani, vos Caligulam ad cælum extollitis; at post octo menses, istud monstrum magis noscetis. — Sanctus Germanus, Antisiodorensis episcopus, per Lutetiam iter habuit, ut Angliam iterum peteret. — Illud Deus homini præceptum dedit : septimo cujusque hebdomadis die ab opere cessabis. — Socrates Athenis, quæ urbs est Græciæ celeberrima, ortum habuit. — Imperator Antoninus anno Jesu Christi centesimo sexagesimo primo in sua domo Ostiensi obiit. — Xerxes terramarique Græciæ bellum intulit. — Athenienses Aristidem sexto post Marathonium proelium anno in exilium expulerunt; post paucos vero menses illos hujus facti poenituit.

Thème 106.

139-145. — Jussus est centurio Cornelius Simonem Petrum, apud Simonem coriarium hospitantem, arcescere. — Adrianus imperator, itineribus assuetus, Romam in Gallias profectus est, inde in Germaniam, deinde in Hispaniam transiit, Orientisque emensus provincias, in Italiam reversus est. — Darius Nothus, postquam decem et novem annos regnavit, anno ante Christum natum

quadringentesimo quarto mortuus est. — Quatuordecim circiter annos Romæ regnabat vel regnare videbatur Claudius, cum ab Agrippina, uxore suâ, veneno necatus est. — Solon quadraginta septem annorum erat, cum leges Atheniensibus tulit. — Sancti Ambrosii sacrae conciones simul ac preces sanctæ Monicæ, Augustinum e Manichæorum sectâ, in quam concesserat, in Ecclesiæ gremium revocârunt. — Abhinc quadringentos annos a Christophoro Columbo reperta est America. — Quinto decimo post anno quam regnare cœperat, a conjuratis trucidatus est Domitianus. — Jacobus e sui patris domo profectus est, in Labani, Rebeccæ fratris domum iturus. — In quâdam Campaniæ superioris urbe, cui nomen est Rocroium, a Gallis Hispani profligati sunt. — Jacobi filii, videntes Josephi scyphum in Benjamini sacco inventum fuisse, in urbem valde mæsti redierunt. — Eliezer, Abrahami servus, Nachorem, quæ urbs est Mesopotamiæ, eo advenit tempore quo ad fontem, aquæ hauriendæ gratia, ibant mulieres. — Roma intra duos circiter annos quinque imperatores habuit. — Imperator declaratur Vitellius; sed octo post menses trucidabitur. — Apud Romanos nono quoque die nundinæ fiebant.

Thème 107.

139-145. — Ismael vitam agebat in solitudinibus, ubi sagittandi peritissimus factus est. — Adherbal, a Jugurtha in prælio victus, amissis plerisque suis arcibus, Romam confugere coactus est. — Apud Lacedæmonios, pueri ad publica convivia, tanquam ad sapientiæ et temperantiæ scholam ducebantur. — A mille septingentis annis et amplius urbs Lugdunum christianam religionem profitetur. — Isaias propheta, Deo jubente, regi Ezechiæ mortifere ægrotanti dixit : Tu post triduum Dei templum adibis. — Carolus Magnus, qui Novioduni consecratus fuerat eodem die quo suus frater Suessionibus, die vigesima octava januarii, anni post Christum natum octin-

gentesimi decimi quarti obiit. — Spartani, Atheniensibus opitulari cupientes, tres et septuaginta leucas tribus diebus emensi sunt. — Jesus Thomæ et cæteris apostolis, octavo post die quam a mortuis surrexerat, apparuit. — Condæus, cum vigesimum secundum annum ageret (ou vigesimo secundo ætatis anno) Hispanos plane devicit. — Nobis sequenda sunt Christi vestigia; cum autem per crucem in cælum ingressus sit, ne speremus nos alia via huc esse perventuros. — Aiunt corpus humanum septimo quoque anno renovari. — Dionysii duo, Syracusarum tyranni, triginta annos prior, duodecimque annos posterior, regnaverunt. — Abhinc quadringentos triginta novem annos a Mahomete secundo expugnata est urbs Constantinopolis. — Vigessimus jam annus Labano, suo socero, operam dabat Jacobus, quando cum Rachele, uxore suâ, profectus est. — A venando redibat, rex Antiochus, cum in iugurium se recepit. — Lupus Esquilinâ portâ Romam ingressus, Tusco vico evasit.

Thème 108.

139-145. — Cyrus, jam senex septem menses Babylone, Susis tres vernos menses, duosque menses summa æstate Ecbatanis commorari solebat. — Triginta Pœnorum senes, in Romanorum castra ingressi, coram Scipione humi se prostraverunt, ab ipso pacem efflagitantes. — Pelopidas, Thebanorum dux, Philippum tunc decem annos natum, tanquam obsidem, secum Thebas abduxit. — Ab anno quadringentesimo septuagesimo nono jam Persæ in Græciam non invaserunt. — Rebecca domum properavit, ut quod sibi juxta fontem acciderat, suæ matri narraret. — Lazarum, quarto post die quam sepultus fuerat, ad vitam Jesus revocavit. — Abhinc ducentos et sexaginta annos Rupella a Ludovico decimo tertio obsessa est. — Triginta tyranni, ait quidam auctor, intra octo pacis menses, majorem hominum frequentiam quam antea hostes intra triginta annos belli, interfecerunt. — Sancta Clotildis,

ad sancti Martini tumultum Deum deprecata, surrexit gaudio exsultans dixitque: Exauditæ sunt preces meæ: triginta post dies moriar. — Puer Jesus Deo Patri oblatus fuit, et redemptus a Josepho et Maria quadragesimo post die quam hunc Maria pepererat. — Maria et Josephus inter doctores Jesum invenerunt: quem tertium jam diem requirebant. — Jephthe a cædendis Ammonitis redibat, cum suam filiam sibi obviam venientem aspexit. — In sex menses nobis conceditur venandi copia. — Quarto vel quinto quoque die, hunc hominem febris corripit. — Optima quæ mihi dedit moribundus pater consilia, ea nunquam ex mente mea excident. — Jacobus, jamdudum in luctu et mœrore jacens, cum audivit filium suum Josephum adhuc vivere, gavisus est.

Thème 109.

139-145. — Nabuchodonosor rex, in suæ superbiæ pœnam, septem annos, serarum more, cæli inclementiæ obnoxius, solaque vescens herba permansit. — Vituperavit Juditha Israelitas quibus deliberatum et constitutum erat sese quinque post dies Assyriis dedere, si nihil opis acciperent. — Aiunt servos tanta Athenis humanitate quanta Lacedæmone severitate fuisse habitos. — Esaus, strenuus venator, ruri degebat, domi autem Jacobus, vir tranquillus ac placidus. — Demetrius Phalerius, e sua patria exire immerito jussus, Alexandriam se contulit ad regem Ptolemæum, ibique multa egregia opera conscripsit. — Tobias, post sui patris obitum, in Raguelis, soceri sui, domum se recepit. — In urbe Antiochia discipuli Jesu Christi christiani vocari cœperunt. — Imperator Antoninus, Pius cognomine, Nemausi in Occitania ortum habuit; scripserunt tamen nonnulli historici illum in Italia natum fuisse. — Per Germanorum Belgarumque regiones iter fecit Adrianus imperator, in insulam Britanniam iturus. — Onesimus quem ad fidem adduxit sanctus Paulus a domino suo Philemone aufugerat. — Labanus, Rebecca

frater, domo cito exiit Eliezerem aditurus. — Jesus ad alendum populum panes multiplicavit; tertium jam diem populus ille eum sequebatur. — Triginta effluerunt anni ex quo nobis domicilium in Gallia constituimus; ab eo tempore multa vidimus in hâc regione mutari. — Quantum me delectat faustum iter Italicum mihi in memoriam revocare: scilicet meum a Galliâ discessum, transitum viâ ferrea per Helvetiam et Alpes, adventum in urbem totius orbis christiani caput, tandemque productam per (ou ad) tres menses in Urbe æternâ mansionem.

Thème 110.

146-148. — Urbs Lugdunum centum viginti quinque circiter leucas a Parisiis distat. — Sanctus Simeon Stylites columnam sex et triginta cubitos altam sibi extruendam curavit. — Apes propter mel, oves propter lanam educantur. — Bis rupem virgâ suâ percussit Moyses, unde aqua copiosa erupit. — Cicero quæcumque ad Catinâ conjurationem attinebant per Allobroges cognovit. — Philosophus Chilo, cum suum filium vidisset in ludis olympicis pugillatûs palmam referentem, præ gaudio interiit. — Cincinnatus ad aratrum redeundo summam laudem consecutus est. — Samson, cum trecentas vulpes apprehendisset, binas quasque caudâ alligavit. — Cùm urbs Samaria a Syriæ rege obsessa est, asini caput octoginta nummis argenteis venibat. — Sanctus Bonaventura ad vigesimum a Florentiâ miliarium petasum purpuratorum Patrum insigne recepit. — Ibat Saul sui patris asinas quæsitum, cum illum Israelitarum regem Samuel consecravit. — Vitellius unco in Tiberim tractus est. — Urbem Massiliam cum telo ingredi nemini licebat. — Nilus agros juvat duabus de causis: et quod inundat eos, et quod limo suo stercoreat. — Sylla, abdicatâ dictaturâ, venando vitam agebat. — Per exploratores hostium iter imperator romanus cognoscebat. — Ingemit Achilles

conspiciens Priamum inermes ad se manus tendentem. — In memoriam victoriæ navalis quam a Pœnis reportaverat Duillius, quoties a cœnando apud amicos redibat, in domum suam, cum tibiis ac facibus honoris causâ deducebatur.

Thème 111.

146-148. — Sanctus Franciscus domus suæ administratori dicebat: Quid Deo, qui nostrâ causâ crucifigi voluit, possit denegari? — Roma regis Syphacis amicitiam per Scipionem, Carthago vero per Asdrubalem petebat. — Juvenis quidam, genere nobilis, manu fortis, promptus ingenio, nomine Arminius, paucis comitantibus copiis, Quintilium Varum, cum tribus legionibus quibus præerat, in Germania trucidavit. — Sanctus Franciscus Salesius Lutetiam ivit, ut rhetoricæ, philosophiæ ac theologiæ studeret; et sex post annis Patavium ad studendum juri missus est. — Philippus, urbem Perinthum obsessurus, turres centum et viginti pedes altas exstrui jussit. — Dolori fortiter (ou forti animo) nobis resistendum est. — Paecorus Euphratem permagno cum equitatu transivit. — Demosthenes pro concione perorando plus mali Philippo inferebat quam civitatis Atheniensis duces adversus eum in acie pugnando. — Ad duodecimum a Lugduno miliarium, inter Septimi Severi et Albani copias, cruentum commissum est prælium. — Diagoræ Rhodio tres fuerunt filii quos eadem die in ludis olympicis laurea donatos vidit: quo spectaculo adeo vehementer commotus est ut præ gaudio interierit. — Narrant priscos Britones superstitionis causâ lepore abstinere fuisse solitos. — Cum maximis orbis imperiis æmulari poterat Carthago tum sua opulentia et commercio, tum suis exercitibus numerosis formidandisque classibus, præsertim vero suorum ducum fortitudine. — Duodecim circiter leucas Matisco a Lugduno distat. — Manlius Capitolinus criminando patres alliciebat plebem.

Thème 112.

146-148. — Juditha Holophernum capillis arreptum duobus percussit ictibus, eique caput præcidit. — Scythæ Cyrum cum omni exercitu trucidaverunt. — Romani, ad imperium nati, servitutem æquo animo non tolerabant. — Marius voluntatem militum redemit, eorum labores communicando. — Dumtaxat septem leucarum spatio Calesium a Dubri distat. — Protagoras, juvenis adhuc, vitam tolerabat bajuli artem facitando; at Democritus, ejus solertiam demiratus, victum et vestitum illi præbuit, illumque philosophiam edocuit. — Nabuchodonosor, profligatis Egyptiis, Hierosolymam obsessurus rediit. — Darius in matris, conjugis liberorumque suorum redemptionem, Alexandro quantum argenti vellet offerebat. — Per Juditham Deus populum suum ex Holophernis tyrannide eripuit. — Infortunatus Didius Julianus putans se, emendo imperium romanum, suam fortunam emisse, necem emerat; nam suis a militibus occisus est. Permisit imperator Septimus Severus ut ejus corpus ad octavam a Roma lapidem in illius majorum tumulo sepeliretur. — Maximinus imperator octo pedes, ut perhibent, altus erat. — Alexandria Nicæam ivit sanctus Athanasius ut Arianos refelleret. — Dicebat Demades Draconis leges potius sanguine quam atramento scriptas fuisse. — Abrahamus, cum arietem mediis in dumis cornibus hærentem conspexisset, hunc filii sui Isaaci loco Domino immolavit. — Rex Artaxerxes majori perfundi lætitia videbatur sua in omnes effundendo beneficia quam alii accipiendo. — Mago, exercitus imperator celeberrimus, haud minus suis operibus quam victoriis Carthaginem illustravit.

Thème 113.

149-152. — Abrahamo dixit Deus: Tibi dilectum sume filium, atque ito illum in monte quem tibi osten-

dero mihi immolaturus. — Vitulum aureum arripuit Moyses, eumque in ignem injectum in pulvorem redegit. — Joachas, catenis constrictus, in Egyptum abductus est, ubi obiit. Hoc prædixerat Jeremias. — Evagoras, Salaminæ rex, haud minus suum diligebat populum quam ab illo diligebatur. — Nostrâ refert qui ad cæleste regnum aspiramus ut illud nostris acquiramus operibus. — Prima est historiae lex, ne quid falsi dicere audeat. — Diocletianus quem vitæ tædebat, nec cibum nec somnum volebat capere, et sine ulla intermissione suspirabat. — Alexander, suorum amicorum gratiâ, artem medicam cui studuerat, nonnunquam exercuit. — Quem sua funda David prostravit Goliathum, iste gigantea erat staturâ. — Noemus, cum vinum cujus vim non noverat, bibisset, inebriatus est, suoque in tabernaculo obdormivit. — Monstrum quem antichristum vocamus stupenda patrabit prodigia. — Tobias suo patri dixit: Quid nos offerre poterimus huic viro a quo tam prosperè fui deductus, et per quem Deus nos tantis beneficiis cumulavit? — Ut corporis, sic animæ morbi contagiosi sunt. — Sagæ dixit Saül: Ne timeas, quid vidisti? Ego vidi, ait illa, deum e terra prodeuntem. — Josephus non redit, aiebat Jacobus, timeo ne quid mali ei in itinere acciderit. — Bonus civis patriæ salutem proximorum saluti anteponit. — Mediam, quâ nulla opulentior regio est, imperio suo subjecit Alexander.

Thème 114.

149-152. — Insectum quod (ou quam) erucam dicimus plantas et arbores depopulatur. — Jesus Christus Mariam Magdalenam a septem dæmonibus a quibus exagitata fuerat, liberavit. — Hierosolymitæ, quibus pepercerat Chaldaeorum gladius, captivi Babylonem deducti sunt. — Joabus tria sumpsit jacula quibus Absalonem e quercu pendentem transfixit. — Timoleon totam Siciliam purgavit tyrannibus qui illam tamdiu infestam

habuerant. — Adamus et Eva de fructu quo ipsis interdictum fuerat comederunt : quod illis necnon et nobis maxime extiosum fuit. — Nulla est celeritas quæ possit cum animi celeritate contendere. — Hircus imprudens, ut narrat fabula, in puteum insiliit; ex eo autem egredi non potuit. — Bellum punicum secundum, quo nullum neque majus neque periculosius Romani gesserunt, Scipio Africanus confecit. — Quemnam exercitus imperatorem præponas Scipioni cui contigit ut clarum Annibalem vinceret. — Quantus fuit regis Babylonis pavor, cum manum quasdam litteras in pariete vidit scribentem! — Non te fugit Scipioni, a quo eversa est Carthago, Africani cognomen impositum fuisse. — Meum est qui christiano glorior nomine ducem meum et magistrum imitari. — Ficus cui maledixit Jesus Christus et quam sterilitate percussit, hæc christianos quorum fidei bona desunt opera significabat. — Quidquid habes virium aut ingenii, in publicam utilitatem confer. — Maximo urgente periculo, senatus hoc decretum memorabile ferebat : Caveant consules ne quid detrimenti Respublica capiat. — Nullum sævius est quam peccati jugum. — Si quos vult rex suos ministros elegit, quanto magis Rex regum.

Thème 145.

149-152. — Nunc magno est usui machina quod telegraphum dicimus. — Nobis tribuetur gratia, quæ nobis indesinenter opus est, si perseveranter eam poposcerimus. — Joabus Davidi Absalonis mortem lugenti dicere ausus est : Qui te oderunt, illos tu diligis, qui vero te amant, illos odisti. — Ægyptius populus fame exstimulatus Pharaonem adiit, ab illo cibaria petens; at illis dixit : Ite ad Joseph, et quod vobis dixerit, facite. — Epaminondam aliquam victoriam reportantem nihil magis delectabat quam voluptas quam ex illa ipsius parentes percipiebant. — E cælo descendit Jesus Christus ut animæ nostræ sanaret vulnera; hunc precemur ut ferrum et ignem istis

subjiciat. — Quanto perstringeremus horrore, si oculis nostris inferos Deus patefaceret! — Darius apud Issum cum Alexandro jam certaturus : Hæc dies, inquit, imperium quo nullum amplius fuit, aut constituet aut finiet. — Quem David fugiens accepit gladium, ille gigantis Goliathi antea fuerat. — Lues horrenda maximam Ægyptiorum pecorum partem interemit, nec Israelitarum pecora attigit. — Corona et sceptrum quæ in passione sua tulit Jesus Christus, hæc hodie nobis sunt venerationi. — Alexander, cum Stratonem regno indignum existimasset, Ephæstioni potestatem fecit quem e Sidoniis vellet regem creandi. — Quid stratagematis excogitavit Annibal ad se expediendum agro Falerno, in quo suo cum exercitu includebatur? — Quanta fuit Jacobi filiorum perturbatio, cum suum fratrem audierunt exclamantem : Josephus ego sum! — Cicero petebat ne quid novi decerneretur. — Jacobus filiis suis dicebat : Si quid adversi Beniamino acciderit, ego quidem dilecto filio meo superesse non potero, et mœrore confectus occidam. — Gravior est famæ quam vitæ jactura.

Thème 116.

153-157. — Rex Osias pavore correptus e templo se eripuit, quia se sensit a Deo percussum. — Quamdiu Spartæ sedulo servatæ fuerunt Lycurgi leges, præpotens fuit illa civitas, nec non florentissima. — Timoleonti mortuo majores quam viventi honores tributæ fuerunt. — Regi Sauli Samuel dixit : Numquid victimas vult Deus? Nonne potius ut voci suæ obediatur. — Cæsar, ob denegatum sibi consulatum, patriæ suæ bellum denuntiavit. — Cum Deus humanum genus diluvio perdere decrevisset, Noë, hujus uxori eorumque liberis virtutem colentibus pepereit. — Alexander suis amicis denuntiavit quot et quantæ calamitates, ipso (ou se) mortuo, Macedonia impenderent. — Themistocles domino navis multa pollicitus est, si se conservasset. — Cimon atheniensis,

cùm se dabat occasio, miseris officium præstabat. — Brutus et Aruns, Tarquini filius, suâ inter se lancea transfixerunt. — A Milonis famulis trucidatus est Clodius: quomodo res se habuerit narrat Cicero. — Existimant imperatorem Claudium ab Agrippina, sua conjuge, veneno fuisse necatum. — Phocionis constantem et interritum animum mirabantur omnes, cùm ad supplicium duceretur. — Manlius Torquatus erga patrem suum pietate eminuérat; sed in filium suum se crudelem præstitit: quippe qui illum capite damnavit eo quod contra suum mandatum dimicavisset: juventuti romanæ intoleranda visa est ejus severitas. — Multo melior erat Summus Sacerdos Heli (quam sui filii) ou suis filiis.

Thème 117.

153-157. — Nemo in cælorum regnum potest ingredi, nisi sacro fonte ablatus fuerit. — Qui dæmoni se permittit, cordis quietem, quibuslibet thesauris anteponendam, amittit. — Feruntur Scipio et Asdrubal una apud Syphacem, regem Africæ potentissimum cœnavisse. — In Pharaonis palatio educatus fuit Moyses; ibique (ou ubi) omnes Ægyptiorum scientias edoctus est. — Dixit suo filio Tobias: Gabelum adi, acceptaque quam illi commodaveram pecuniâ suam ei chirographum restitues. — Decem juvenes Absalonem tribus jaculis trajectum confecerant: corpus ejus in foveam projectum est, saxorumque congerie obrutum. — Cicero, quem sua immortalis fecit facundia, a satellitibus Antonii, cui sua scelera ac flagitia palam exprobraverat, trucidatus est. — Gelonem haud minus diligebant Syracusani quam reverebantur. — Sua rebelles angelos e caelo depulit superbia, eosque in inferos præcipitavit. — Jugurtha legatos ad consulem misit qui ipsi vitam peterent. — Cimonem Atheniensem semper plures sequebantur famuli loculos nummis plenos ferentes, ut omnibus miseris opitularentur. — Cyrus nullo perterrebatur periculo, nec ullo frangebatur labore, quando ac-

quirenda erat gloria. — Socrates, qui carcere egredi noluerat, quanquam se dederat occasio, cicutam hausit, et ubi sensit venenum suas in venas sese insinuans, procubuit ac mortuus est.

Thème 118.

153-157. — Syracusis nulla de re magni momenti, nisi consulto Timoleonte, deliberabatur. — Si quis suo indulget corpori, inquietabat priscus philosophus, sua libertate frui non potest. — Elephantes quindecim pedibus altos nonnunquam reperias. — Jacobus et Labanus, illius socer, amicitiam sinceram sibi invicem jurejurando promiserunt. — Ab Alexandro incensa est urbs Persepolis; apud Quintum Curtium legere est quomodo res se habuerit. — Homerum Colophonii civem esse dicunt suum; Smyrnæi vero suum esse affirmant. — O summe vivorum mortuorumque Judex, tandem aderit dies quo suam impio pœnam, suumque justo præmium addices. — Crudelis Joabe, te David obsecraverat ut filio suo Absaloni parceres. — O Saule, queritur Dominus quod tu suum devastes gregem. — O christiani, Alexander, Heliogabali successor, propitius vobis est: Deum orate ut illius vitam proferat. — Ochus, Persarum rex, Ægypto bello subacta, voluptatibus ac mollitiæ se dedit, et per Bagoam sibi gratiosum veneno necatus est. — Moyses, videns rubum qui ardebat nec consumebatur, accessit ut cerneret quid esset illud miraculi. — Ubi se dedit occasio, Androcles e spelunca egressus est, atque a leone demigravit. — David et Jonathas, regis Saulis filius, inter se complexi sunt effusè lacrymantes, æternumque amorem sibi invicem jurejurando promiserunt. — Josephum sui fratres mercatoribus in Ægyptum euntibus viginti nummis argenteis vendiderunt.

Thème 119.

153-157. — Præsertim in scenæ spectaculis, ait Seneca, voluptatis illecebris, vitii venenum in mentem sese insinuat. — Dicere nequeam quantum Polybius et Scipio, cognomine *Emilianus*, se invicem diligenter. — Tam horrendæ cædi relicta est Babylon, ut neque senibus, neque mulieribus, neque ipsis infantibus parceretur. — Ferunt *Neronem*, priusquam moreretur, diu flevisse, et deinde in jugulum sibi suum pugionem infixisse. — Homines semper poenitet tempus, quod reparari nequit, frustra absumpsisse. — Qui modica possidet nec aliud appetit præter solum bonum quod potest cor implere, ille semper dives est. — Si quis *Dionysii* et *Damoclis* historiæ renovet memoriam, ille exploratum habebit in honoribus et divitiis haud positam esse felicitatem. — Agnovit *Nabuchodonosor* Deum solum magnum esse, nihilque omnipotenti illius brachio resistere. — En tyranni *Pisistrati* hostes, suæ timentes vitæ, urbe *Athenis* aufugiant : tu vero, *Solon*, ne dubitessuam *Atheniensibus* ignaviam, suamque tyranno perfidiam exprobrare. — O Deus, quoties te obsecravit *Augustinus* ut tua potenti gratia suas catenas confringeres. — Per fenestram projecta fuit *Jezebel* : ejus cruor murum respersit, corpusque ejus equorum pedibus conculcatum est. — Qui totos dies immolabant ut sibi sui liberi *superstites* essent, *superstitiosi* sunt appellati. — *Juvenalem* et *Horatium*, satyrarum scriptores, unus ex nostris celeberrimis poetis apprime imitatus est. — *Judam Machabæum* sui milites adeo diligebant viventem, ut illum mortuum diu luxerint.

Thème 120.

158-165. — Quanta erit impiorum consternatio, cum *Jesu Christi* crucem ultimo die in cælo fulgentem videntur. — Quærebat *Cicero* ubinam terrarum oratorem plenum atque perfectum reperire esset. — *Sanctus Cæsa-*

rius pridie diei festi *Sancti Augustini*, uti optaverat, obiit. — *Impius Jeroboamus*, post fabricatos ex auro vitulos, *Israelitis* dixit : *Hierosolymam* jam nolite petere ; ecce dii vestri qui ex *Ægypto* vos eduxerunt. — Si tot homines quotidie, regis sui causâ, mortem appetunt, quid nobis, *Dei gratia*, non faciendum est ? — *Deus Moysi* dixit : *Properâ* de monte descendere, namque *populus aureum* sibi fecit vitulum, *Deique* instar istum adorat. — *Cùm* audisset *populus Jesum Hierosolymam* redire, illi obviam ivit. — In *Persia* satis vini et multum *oryzæ*, at parum *secalis* et *avenæ* colligunt. — *Moyses* Deum obsecravit ut ignosceret populo quem ex *Ægypto* tot prodigiis eripuerat. — Dicebat *sanctus Antonius* ægrotis qui ad se ut sanarentur confugiebant : *Quin filium meum Hilarionem* aditis ? — *Quantulus* est noster oculus ! attamen illius ope quot introspicimus miracula ! — Quot et quantas tempestates a sui constitutione sustinuit *Ecclesia* ! — *Fecit scientiarum amor* ut *Alexander* vel *medicæ arti* studuerit. — *Alexander* solus in *Bucephalum* potuit ascendere : adeo suspicax hic equus erat. — A cunctis *Gallis* desideratus est *Turennius*, tanti ab illis æstimabatur. — Inter *Darii* duces *Memnon* haud erat ille quem omnium minimè formidabat *Alexander*.

Thème 121.

158-165. — *Vespasianus*, per totum sui regni tempus, *humanitatis* ac *benevolentiae* erga sibi subditos indicia præbuit. — *Samuel Sauli* dixit : *Tuus præeat famulus* ; tu vero sta paulisper, ut te quid mihi dixerit *Dominus* edoceam. — *Xerxes* aufugere coactus est : tanto *Persas Græci* virtute superabant. — *Sanctus Joannes* ille erat quem *Jesus omnium apostolorum* maximè diligebat. — Quot et quantos labores *sanctus Paulus* ad ampliandum *Jesu Christi gregem* pertulit. — *Cùm Samuel Saulem* conspexisset, dixit ei *Deus* : *Hic est vir de quo tibi dixi* : ipse in *populum* meum regnabit. — *Postridie* quam pugnatum

est Latinos inter et Romanos, Decii corpus telis confossum inter coacervata hostium cadavera repertum est. — Ubinam terrarum reperire est aurum et argentum? in terris longinquis; sapientiam vero Deus solus potest largiri. — Sanctus Paulus in insula Creta haud diù commoratus est, quia alio illum vocabant Ecclesiae negotia. — Sanctus Joannes Chrysostomus Antiochiæ, matris suæ gratia, sex aut septem annos exegit; quamvis in montes se recipiendi, ut postea fecit, desiderio flagraret. — Quanto suavius ac tolerabilius est Domini jugum quam hominum servitus. — Multum petit mundus, ut parum det; Deus vero, a nobis parum petit, ut plurimum largiatur. — Vicia inveterata difficillime reciduntur: tanta est vis consuetudinis.

Thème 122.

158-165. — Scythæ minoris aliorum populorum amplas urbes et feraces agros quam suas solitudines faciebant. — Magistri magni interest ut discipulos sibi creditos optimè instituât, nec minus illorum ut magistro attente auscultent. — Thebani Athenienses pejus oderant quam alios populos. — O pueri, conspecto serpente fugitis; peccatum vel pejus fugite. — Tribus angelis dixit Abrahamus: Ista sub arbore quiescite: tantillum aquæ ad abluendos pedes vestros vobis afferam, et aliquantulum panis ut vires reficiatis. — Quot dolos ad perdendos homines adhibet Satanas! — In Aristide, Epaminonda et Catone, ut in falsorum numinum cultoribus, multa erat sapientia. — Inter oratores, tum græcos tum Latinos, Demosthenes ac Cicero ii sunt quos plurimi omnium facimus. — Toti Ægypto Josephum præfecit Pharaon, tanto illum cunctis Ægyptiis sapientio-rem censuit. — Josephus suos fratres veluti speculatores (ou speculatorum instar) primum habuit, atque ab illis quæsitit unde venirent. — Cum Romam rediit Manlius, qui suo filio caput præcidi jusserat, senes soli obviam illi ierunt. — Quin sanctos imitamur, ut hujus quæ in cælo

fruuntur fiamus gloriæ participes? — Haud inficiandum est nimia infectam fuisse arrogantia epistolam quam Alexandro victori victus scripsit Darius. — Mortuum esse Jesum Christum nos confitemur; scimus autem illum paulo post a mortuis resurrexisse. — Ecclesia christianis præcipit ut pridie diei festi Omnium Sanctorum a carnibus abstineant et jejunent. — Cicero Theramenis luctuosam mortem legere non poterat quin lacrymas profunderet: adeo ejus magnanimitatem demirabatur.

Thème 123.

166-170. — Quoto die hominem creavit Deus, et mulierem unâ illius costa finxit? Sexto. — Utrum majori admiratione dignum judicabimus, regemne Persarum qui Epaminondæ grandem misit pecuniam, an Epaminondam qui, quamvis pauperrimus, istam repudiavit? Epaminondam. — Alexander, postero die cum Dario conflicturus, per totam noctem tamen arte graviterque dormivit. — Crux Jesu Christi nobis bajulanda est, ut ejus gloriæ simus participes. — Quam urbem obsedit Annibal, priusquam in Italiam intraret? Saguntum Romanis federatum. — Tuitus estne Manlius Torquatus suum patrem a quo rus ipse abactus fuerat? Tuitus est. — Num suo pepercit filio qui injussus decertaverat? Non pepercit. — Væ tibi Pharaon, Dominus enim teque et tuum populum mox percussurus est. — Claudius, vel e potestate tutoris egressus, diu a præceptore pueri instar regendus fuit. — Cuinam filium suum educandum Philippus credidit? Aristoteli, philosophorum istius ætatis doctissimo nec non et celeberrimo. — Salomon Domino templum adificaturus, a rege Tyrio cedrina abiognaque ligna postulavit. — Homines ne metuamus, quando Deo parendum est. — Quoto mense et die celebratur sanctorum apostolorum Petri et Pauli solemnitas? Die mensis junii vigesimo nono.

Thème 124.

166-170. — Porum devicit Alexander; at nescimus utrum magis demirari debeamus, victoremne an victum. — Cuinam peccatorem assimilas? captivo: quis istius est dominus? dæmon: quodnam ejus vinculum? ipsius scelus: quisnam illius est carcer? ipsius conscientia; quis istum liberare potest? Jesus Christus. — Antiochus quem poenitere visum est, nonne misericordiam impetravit? non impetravit. — Moysi dixit Dominus: Mox visurus es nûm impotens sit verbum meum. — Nunquam incurvanda est regula, ait quidam auctor; interdum vero emollienda est. — Videntur multi obliti esse Ecclesie non secus ac Deo ipsi esse obediendum. — Uter magis detestandus tibi videtur, Cambysesne qui sagitta filii Prexaspis pectus transfixit, an Prexaspes qui isti barbariei plaudere sustinuit? — Quorum interest desidiam fugere? vestra, o juvenes, ne in diaboli laqueos incidatis. — Nonne Jesum, quem insontem agnovérat, dimisit Pilatus? non dimisit. — Dic mihi quamdiu vixerit et regnaverit Darius, ultimus rex Persarum? Quinquaginta vixit annos, sexque tantum regnavit. — Scisne quanti merces ædis mediocris Romæ constaret? circiter trecentis octoginta francis. — Domus vero merces? circiter quinque francorum millibus. — Ego et rex, aiebat superbus Aman, cras apud reginam pransuri sumus.

Thème 124 bis.

170 bis et ter (1). — Quis unum assem pauperibus non largiatur, ut thesaurum in cælis obtineat? — Ille unumquodque vas in manus sumere, laudare, mirari; rex

170 bis et ter. — Qui ne donnerait pas un son aux pauvres, pour obtenir un trésor dans le ciel? — Il prenait chaque vase dans ses mains, il les louait, les admirait, le roi était enchanté

(1) Quelques-unes de ces phrases sont extraites des thèmes 33, 134.

gaudere. — Sit hoc verum, ne sit summum malum dolor; malum certe est. — Hanc perniciem Dominus a nobis avertat! — Feras quod vitare non potes; ne quemquam metus ceperit. — Si nunc se nobis ille aureus ramus ostendat! — Debit in te officiosior esse quam fuit. — Cum Platone non invitus erraverim, aiebat quidam philosophus. — Ne sint in senectute vires. — Optimum fuerat eam patribus nostris mentem datam esse. — Quid agam? Gratuler an doleam? — Quis credat Alexandrum solum in India multis hostium millibus obniti potuisse? — Ne confidat juvenis ætatis suæ viriditati; mors quippe immisericors juvenes non secus ac senes demetit. — Israelitæ in deserto conqueri cœperunt dicentes: Utinam mortui essemus in Ægypto, ubi qualibet nobis arridentia comedebamus! — Quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. — Multos possum nominare. — Uni ex suis amicis querenti quod sontes capite non dam-

(Lui de prendre, de louer, etc.) — Admettons que cela soit vrai: que la douleur ne soit pas le plus grand mal! elle est un mal cependant. — Daigne le Seigneur détourner de nous ce fléau! — Qu'on supporte ce qu'on ne peut éviter; que la crainte ne s'empare de personne. — Oh! si ce rameau d'or pouvait maintenant s'offrir à mes yeux! — Il aurait dû avoir pour vous plus de déférence qu'il n'en a eu. — Il ne me déplairait pas de me tromper avec Platon, disait un philosophe. — Admettons que la vieillesse n'ait plus de forces. — Il aurait été heureux que cette pensée eût été inspirée à nos pères. — Que faire? dois-je me réjouir ou m'affliger? — Qui croirait qu'Alexandre, dans l'Inde, ait pu résister seul à des milliers d'ennemis? — Qu'un jeune homme ne compte point sur la vigueur de son âge, car l'impitoyable mort moissonne les jeunes gens comme les vieillards. — Les Israélites dans le désert se mirent à murmurer en disant: Que ne sommes-nous morts en Égypte, où nous mangions tout ce qui nous plaisait. — Ces hommes qu'on aurait dû déjà livrer au glaive, ma voix ne les a pas encore blessés. — Je pourrais citer beaucoup de noms. — Un des amis de Théodose se plaignant de ce qu'il ne

(1) Voir la note du thème 43 bis.

naret, respondit Theodosius imperator : Utinam mortuos quoque ad vitam revocare possim !

Thème 125.

171-173. — Nos scimus Jesum Christum, regnante Augusto, natum esse, illumque, Tiberio regnante, esse mortuum. — Jesus Christus, priusquam in caelos ascenderet, apostolis suis se suam Ecclesiam nunquam deserturum esse promisit. — Edoctus es Josephum servum et in vinculis fuisse, priusquam toti Aegypto praeficeretur. — Egredere video Alexandrum in convivio publico patri suo contumeliosa cavillatione insultantem. — Xerxes reginae Artemisiae fortitudinem demirans, dixit in praelio apud Salaminem commisso muliebriter egisse homines, mulieres autem virilem animum exhibuisse. — Ferunt Aesopum fuisse brevi statura, gibberosum, adeoque turpi facie, ut vix hominis praerberet effigiem; at nemo nescit illum ingenio abundavisse. — Jesus Christus suis apostolis dixit : Scitote Filium hominis occisum iri, illumque die tertia a mortuis esse resurrecturum. — Alexander sua funera cruentis praeliis celebratum iri praeviderat. — Non existimabat Artaxerxes ad se tam cito a Datame adductum iri Thyum, cujus rebellio ipsum valde commoverat. — A Deo interrogatus Cainus ubinam esset suus frater Abel, respondit se nescire, nec se sui fratris esse custodem. — Videmus opiniones falsas et vanas vetustate extabescere. — Quis nescit nobis Deo toto corde esse serviendum ?

Thème 126.

171-173. — Procul dubio te non latet sanctum Cyprianum, qui Carthaginis episcopus electus est, ibi primum rhetoricam docuisse. — Refert unus auctor quemdam

condamnait pas à mort les coupables : que ne puis-je aussi, répondit l'empereur, ressusciter les morts !

Fullonium, regnante Claudio, se centum quinquaginta annos natum professum fuisse. — Sanctus Benedictus Totilae Gothorum regi dixit : Tibi praedico te Romam intraturum esse, trajectoque mari, te postquam novem annos regnaveris, esse moriturum. — Davidem adiit propheta Domini, eique denuntiavit ipsius imperium aut fame per tres annos, aut bello per tres menses, aut peste per tres dies vastatum iri. — Pharaon in somniis vidit septem vaccas pingues e Nilo egredientes; et deinde ex eodem fluvio exeuntes septem alias macerrimas quae priores voraverunt, nec pinguiores evasere. — Ferunt in bello quod adversus Romanos gesserunt Cantabri, suos a matribus liberos, senesque invalidos ab adolescentibus voratos fuisse. — Cum philosophus Callisthenes, qui inter Alexandri aulicos versabatur, dixisset illum hominem, non autem deum esse, hoc ei rex crimini vertit. — Agesilaus optime intelligebat se non sibi, sed suae civitati civitibusque cum ipsa foederatis imperium accepisse. — Omnia nos docent nemini dandos esse laudi suos prosperos successus.

Thème 127.

171-173. — Deus Adamo et Eva denuntiavit ipsos, si de fructu quo illis interdixerat comederent, profecto esse morituros. — Imperator Adrianus, cum obvium habuisset quemdam qui ipsum nondum imperio potitum injuria laceraverat : Scito, inquit, me imperatorem esse; nihil ergo timeas. — Sanctus Ludovicus Sarraçenis sibi mortem minantibus nisi jurejurando quod exigebant sese obligaret, respondit : Penes vos meum esse corpus fateor; at scitote penes Deum solum meam esse animam. — Peripatetici parendum esse naturae dicebant. — Sciebasne Iudi magistrum fuisse Pertinacem, antequam imperator eligeretur ? — Apud Plinium legere est Romae, regnante Vespasiano, exstitisse cives plurimos summam adeptos senectutem, praesertimque duos qui centesimum

quingagesimum annum attigerant. — Jeremias, collo catenâ vincto, Judæis denuntiabat Dei vindictam, nisi ad eum reverterentur, adversus ipsos esse erupturam. — A suo regno aberat Philippus, cum tres nuntii simul nuntiaverunt illum Olympicis in ludis coronatum fuisse, ac per unum e suis ducibus insignem retulisse victoriam, illique natum esse filium. — Quanto pavore percussi sunt Alexander ejusque aulici, cum inter cœnandum, feminas principes captivas, Barbarorum more vociferantes vel potius ululantes audierunt! — Simius quidam lupum arguentem audivit, vulpem vero negantem; cum autem utrumque quotidie prædari et rapere videret, neutri fidem adhibuit. Ita nos ipsi quotidie fraudatoris verba in dubium vocari videmus.

Thème 128.

Sanctus Ludovicus suis cognatis amicisque respondit: Nolite putare me vitam meam aversari; isti vero Jesum Christum ejusque crucem antepono. — Numquid possum credere Adrianum imperatorem, qui primum Christianos persecutus est, postea Christo templum erigere voluisse. — Censet sanctus Augustinus angelos primo die fuisse creatos, cum dixit Deus: Fiat lux. — Cæsar in senatum se confert; non autem credo illum hinc vivum esse egressurum. — Credere non poterat sanctus Thomas Jesum Christum a mortuis resurrexisse. — Imperator Severus Commodò elogia impertivit: numquid infamem istum imperatorem Deum esse credere poterat? — Egrè credebat sanctus Petrus Jesum Christum esse moriturum. — Parthi pacem cum Romanis diremerunt; credo fore ut mox illos pœniteat. — Camillus Româ pulsus, fore prævidit ut olim Romanos pœniteret. — Tibi affirmo hanc domum optimis lapidibus esse exstructam ejusque parietes firmos esse. — O Saule, Damascum petis christianos vexandi gratia; at ego spero te prius istud barbari consilii abjecturum esse

quam hanc in urbem advenias. — Titus adversus Judæos procedit: haud credo fore ut illos tam cito subigat. — Existimas, o Trajane, te esse judaicam gentem eradicatorum: at tu falleris. — Memini me hæc egregia verba legere et audire: Servire Deo regnare est. — Aiunt Cæsarem fluvios natatu aut inflatis utribus transmittere solitum fuisse.

Thème 129.

172. — Imperator Severus in Britannos Româ proficiscitur; non conjicio illum in hanc urbem unquam esse reversurum. — Me latebat imperatorem Claudium Lugduni natum fuisse. — Evangelium non asserit durum divitem alienum bonum possedisse. — Esther se Judæam esse nemini indicaverat. — Antiochus, a Deo percussus, nequicquam promisit se templum quod spoliaverat donis pretiosis esse ditaturum, miserè periit. — Numquid Alexander se deum esse credere poterat? — In foveam conjiciuntur Danielis delatores; mihi persuasum est leones eorum ossa prius esse contrituros quam terram attingant. — Mare Rubrum trajiciunt Israelitæ; ne tamen fore putes ut Promissam in Terram tam cito perveniant. — Cainus suo cum fratre exivit reditque solus; suspicor insontem Abelem ab isto fuisse occisum. — Romani Trajano triumphum magnificentum paraverant: ne existimes tamen illum suam ante mortem triumphasse. — Babylonii sibi in animum inducere non poterant Cyrum unquam expugnaturum esse Babylonem. — Christianis bellum indixit Adrianus: persuasum habeto fore ut brevi illum hujus facti pœniteat. — Credo futurum fuisse ut Augustus Juliæ filiæ suæ miseretur, si ista ad bonam frugem se recepisset. — Certum est hunc puerum bene esse educatum; nam senes reveretur. — Ferunt fabulæ Diomedem immanibus equis mandendos advenas objectare fuisse solitum.

Thème 130.

172'. — Cræsus, qui se Medorum imperium eversurum esse sperabat, suum evertit. — Se nihil Socrates, Adrianus autem se omnia scire existimabat. — Apud quemdam historicum legi Trajanum, semper suas copias anteire fuisse solitum. — Credere non possum Alexandrum, nisi ebrius fuisset, Clito vitam in convivio fuisse ablaturum. — Trajane, Agrippinensi Colonia proficiscere Romam petiturus: puto Nervam prius exspiraturum esse quam advenias. — Verisimile est sanctum Josephum, Virginis Mariæ conjugem, priusquam Jesus Christus pro nobis pateretur, obiisse, quandoquidem sancto Joanni dilecto suo discipulo suam Matrem Salvator noster commendavit. O Caracalla, tu Romam proficisceris Lunæ templum invisurus; haud credo te eo adventurum esse: namque te vita spoliare decrevit Martialis. — Sciebasne Philippum, Macedoniae regem, ab Epaminonda, Thebanorum duce, fuisse institutum? — Haud putabat Domitianus, dignas se esse statuas, nisi aureæ essent vel argenteæ. — Credere non poterant Tyrii suam in urbem Alexandrum unquam esse intraturum. — Regulo sane persuasum erat fore ut Pœnos illius non misereret. — De sede surgit Caligula balnea petiturus: non prævidet se prius a conjuratis occisum iri quam eo adveniat. — Noemi posterius turrinæ aedificant: putasne fore ut illam tam cito perfecerint (ou perficiant)? — Putant medici, causam morbi inventam, curationem esse inventam.

Thème 131.

172'-174'. — Imperator declaratur Vitellius; at non puto eum diu regnaturum esse. — Nesciebam Trajanum, qui viros doctos tanti faciebat, scientiis nunquam studuisse. — Inficiari non possumus Alcibiadem egregiis præditum fuisse dotibus; at pariter negari nequit illas vel majoribus vitiis obrutas fuisse. — Alexander urbem

Tyrum obsidet; non credo fore ut brevi hanc obsidionem absolverit. — Num mirandum est quod (ou si) patrem filius imitatur? — Annibalem acriter piguit quod non, statim post victoriam Cannensem, suos milites Romam duxisset. — Lamentabatur Jeremias propheta quod a minimo ad maximum, a propheta ad sacerdotem, omnes avari et fallaces existerent. — Nobis affirmare licet Romanos, si imperator declaratus fuisset Marcellus, feliciores quam regnante Nerone, fuisse futuros. — O Juliane, imperium emis Pertinaci successurus; at tibi denuntio fore ut te olim pœniteat. — Promisit Deus se ex Ægypto in terram ubi manabant lactis et mellis fontes Israelitas esse ducturum. — Quomodo fit ut nemo suam sorte vivat contentus? — Anachoretis dicebat sanctus Antonius: Quod ad me imperator scripserit nolite mirari; Deo autem gratias agite quod legem hominibus scripserit, nosque per suum edocuerit Filium. — Me piguit quod tamdiu a nobis abfuisti.

Thème 132.

172'-174'. — Sciebasne Caracallam patris fratrisque sui interfectorem, in deorum numerum relatum fuisse? — Adrianus imperium adipiscens haud fore prævidebat ut ipsum vitæ tæderet. — Mihi persuasum est futurum fuisse ut Marcum Aurelium, si ventura prævidere potuisset, pœniteret suum filium Commodum imperii consortem assumpsisse. — Mihi multum gratulor, inquit homo, quod tibi auxiliatus sum. Equus contra: Heu, inquit, quantum me pœnitet, levis injuriæ ulciscendæ causa, a te petiisse istud auxilium quod mihi libertate constet! — Perhibent Thalem, unum e septem Græciæ sapientibus, gaudere solitum fuisse quod animal rationale, non autem bestia; græcus, non autem barbarus natus esset. — Ut Athenienses piguit quod Socratem damnassent! — Evenit, dictu incredibile, ut mille et ducentæ naves Persarum a trecentis Græcorum navibus dissiparentur. —

Non credebam imperatori Adriano, qui scientiis delectabatur, sorduisse Homerum et Virgilium. — Fatentur omnes Alexandrum, si desinente regno eundem quem ineunte se præstitisset, reges cæteros benignitate fuisse superaturum. — Imperator Alexander in Germanos magnis itineribus progreditur : at prævideo illum prius occisum iri quam ipsius copiæ in Germaniam adveniant. — Mirandum est sanè quod Xenophon Cyrum Juniorem tantis laudibus ornet, de ejusque vitiis omnino taceat.

Thème 133.

175-176. — Alcibiades Lacedæmoniiis suasit ut in Siciliam adversus Athenienses Syracusas obsidere in animo habentes Gylippum mitterent. — Pigro suadet sapiens ut formicam adeat, hujus exemplum imitandi gratia. — Israelitæ timentes ne siti interirent, in eo erant ut sese dederent Assyriis. — Samuel qui Hebræis dissuadere optaverat ne regem postularent, illorum tamen postulationi postea assensus est. — Angelus, cujus aspectu perterriti sunt sepulcri custodes, sanctis mulieribus dixit : Vos autem, ne paveatis. — Israelitæ in deserto conqueri cœperunt dicentes : Utinam mortui essemus in Ægypto, ubi qualibet nobis ardentia comedebamus. — Impedivit Ruben ne fratres sui manus suas Josephi sanguine imbuerent. — Prohibueratne Deus quin Saul Amalecitis parceret? Prohibuerat. — Valde perperam Lycurgus vetuerat Lacedæmonios ullam artem mechanicam exercere. — Per Themistoclem non stetit quin Lacedæmoniorum classis incenderetur. — Per Fabricium unum stabat quominus Pyrrhus a suo medico veneno necaretur. — Cicero Catilinam ex Urbe egredi jussit. — Deus hominibus præcepit ut honorent parentes, iisque egentibus opitulentur (1). — Sui Judæ Machabæo frustra suaserunt mili-

(1) Subjonctif présent parce qu'il s'agit d'une action habituelle et toujours présente.

tes ne cum hoste prælium committeret. — Josephus pincernam rogavit ut sui meminisset.

Thème 134.

175-176. — Nonnulli timere videntur ne Deum nimium diligant; timebat vero sanctus Augustinus ne non satis illum diligeret. — Sanctus Ludovicus, priusquam moreretur, suo filio dixit : Tibi suadeo, fili mi, ut cum solis probis viris societatem ineas. — Parmenio, Philotæ filii sui arrogantia fastuque offensus, eum merito hortabatur ut se minorem gereret. — Ne confidat juvenis ætatis suæ viriditati; mors quippe immisericors juvenes non secus ac senes demetit. — Unus ex suis amicis querenti quod sotes capite non damnaret respondit Theodosius imperator : Utinam mortuos quoque ad vitam revocare possim! — Alexander Cyri sepulcrum jussit aperiri. — Gelon, devictis a se Pœnis, prohibuit ne in posterum suos liberos deo Saturno immolarent. — Alpes licet altæ et nive opertæ non impediunt quin Annibal in Italiam penetraret. — Per Parysathim, Darii Nothi uxorem, non stetit quin Cyrus Junior regnum adipisceretur. — Per imperatorem Augustum unum stabat quominus occideretur Cinna ejusque conscii; at illis maluit ignoscere. — Senatoribus dixit Antoninus imperator : Mihi suadetis ut eos qui in me conspiraverunt morte afficiam; ego autem vercor ne in omnes conscios diligenter inquirendo, populi romani amicitiam amittam.

Thème 135.

175-176*. — Philo referre non ausus est impia verba quæ, brachio in cælum elato, adversus Deum Judæorum protulit Caligula. — Sanctus rex Ludovicus in mare armatus primus insilire non dubitavit. — Samuel dixit Sauli : Cave ne parcas Amalecitis quos Dominus trucidari sine misericordia jussit. — David, ante prælium, ducibus suis dixit : Date operam ut salvus sit filius meus Ab-

salon, nam ejus mortem magnoperè dolerem. — Non animadvertentibus romani imperatores martyrum sanguinem semen christianorum fieri. — Qui sepulchrum custodiebant milites non commisissent ut corpus Jesu discipulis traderent. — Pontifex Joiadas Joam clanculum educandum curavit. — Dignus erat Aristoteles qui Alexandrum doceret; nec minus dignus erat Alexander qui ab Aristotele edoceret. — Darius, ne ab hostibus vivus comprehenderetur, aufugit. — Agesilaus, qui Persarum imperium armis quaerendum susceperat, subito jussus est Spartam reverti. — Adolescentes, vobis non licet esse otiosus. — Divitis interest beneficium esse liberalemque erga pauperes. — Vellem Romæ mansisses. — Consules exercitum scribere jussi sunt. — Angelus juniorem Tobiam admonuit ut sui patris oculos apprehensi piscis felle illiniret, asseverans senem sic recuperaturum esse visum.

Thème 136.

175*-176*. — Mardocheus Estherem quam in suam filiam adoptaverat, optimè instituendam curavit. — Porsennam admonuit Mucius Scevola trecentos Romanos sui similes in ipsum juravisse. — Aruspices Cæsarem præmonuerant ut quam diligentissimè iduum martiarum diem caveret. — Philosophiæ studeas oportet. — Israelitæ, Moysis vultum luce radiantem videntes, ad illum proximè accedere non audebant. — Scipio Æmilianus primus mœnia aggredi non dubitavit. — Cavebat Trajanus ne quod privatus vituperaverat, id imperator faceret. — Abias, Roboami successor, non animadvertentibus Jeroboamum sua explicare agmina ut Judæ exercitum intercluderet. — Dignus fuit Amilcar qui in peritissimorum ducum numero haberetur. — Dionysius, Lusitanie rex, non poterat quin Elisabethæ, suæ conjugis virtutem miraretur atque æstimaret. — Sancta Helena, imperatoris Constantini mater, summo perfusa est gaudio quod Jesu Christi crucem quam quibuslibet orbis thesauris præponebat, reperire potuisset.

— Quisque Romæ nobilissimus sanctum adibat Benedictum, eique suos filios instituendos tradebat. — Adolescenti licet inter colloquendum esse festivo, non autem esse maledico aut mendaci. — Nigri cum Severo de imperio certantis intererat magis impigrum esse et voluptatibus minus deditum.

Thème 137.

175*-176. — Servius Terentius caput suum amputandum obtulit, ut Decimum Brutum, quem insequerentur equites, morti eriperet. — Discipuli quos miserat Jesus Christus operam dederunt ut omnia ad Pascha celebrandum essent parata. — Non animadvertentibus imperator Maximinus se ob suam crudelitatem omnibus Romanis, imo suis etiam militibus horrore esse. — Lacedæmonii ad Pausaniam scripserunt illum, nisi domum reverteretur, capitis damnatum iri. — Parmenion Alexandro scripserat ut a Philippo medico caveret. — Procul dubio Pilati intererat esse humaniorem Judæis erga Jesum; at illius haud minus intererat esse æquiorum minusque pavidum. — Nos fatemur, Petre, te fortissimum fuisse et Jesu Christi magistri tui valde studiosum; at tibi non licebat esse in te confidenti ac temerario. — Porus sua fortitudine dignus fuit quem ipse Alexander, a quo victus fuerat, miraretur nec non et æstimaret. — Darius poenituit quod Charidemum neci dedisset, illumque sepeliendum curavit. — Cum exclamavisset Josephus: Ego sum Josephus quem vos vendidistis, sui eum fratres affari non audebant. — Jugurtha respondere jussus est. — Vellem frater tuus adesset. — Objurgatus est rex Agis quod cenà publicâ abfuisset, ut cum regina sua conjuge cenaret.

Thème 138.

175*-176*. — Amicos obsequium, inimicos veritas parit, ait quidam poeta: caveamus tamen ne veritatem nimio prodamus obsequio. — Julianus sibi metuens, Pom-

peiano Marci Aurelii genero imperium obtulit; at senex ille modestus magnoque præditus iudicio non commisit ut istud acciperet. — Porsenna, cum animo perciperet suâ magni referre ut cum Romanis pacificaretur, acceptis obsidibus, bello finem imposuit. — Et meâ et tuâ maxime interest ut recte valeas. — Jacobus in Ægyptum profectus, Judam præmittendum curavit qui Josephum de proximo suo adventu certiore faceret. — Quam turpe est viris christianis minori virtute esse præditis quam nonnulli erant falsorum numinum cultores. — Haud dubitavit Scipio Æmilianus congredi cum rege barbaro, portentosa staturâ, qui ad certamen singulare Romanos sapius provocabat. — Pauperes, cum sint Jesu Christi fratres, digni sunt quorum nos misereat. — Digna fuissent hominum peccata ut Deus humanum genus deleteret. — Multi Cæsarem monuerant conjurationem in eum esse factam. — Lucius Æmilianus consul, apud Cannas mortifero vulnere ictus, Lentulo, tribuno militum dixit moriens: Abi, nuntia patribus urbem Romam muniant, priusquam hostis victor adveniat.

Thème 139.

175-176. — Vestra refert, amici mei, ut scientiam, magis autem sapientiam acquiratis. — Lacedæmonii auxilia Cyro mittenda decreverunt. — Quis credat? Nero, suo ineunte regno, iudicio capitali chirographum apponere non audebat. — Valerianus, romanus imperator, non animadvertit se intercludi ab exercitu Saporis regis qui ipsum captum planè indignis modis habuit. — Tibi bene persuasum sit te cupiditatibus indulgendo felicitatem non esse adepturum. — Themistocles populo persuasit ut publica pecuniâ classis centum navium ædificaretur. — Lætitiâ efferebantur apostoli, quod Jesu Christi causa virgines cæsi fuissent. — Rex Babylonis, salvum et incolumem videns Danielem non potuit quin exclamaret magnum esse Danielis Deum. — Albanus exercitus Curiatis in-

clamavit ut fratri opem ferrent. — Vedius Pollio, homo inauditæ ferocitatis, haud dignus erat quem Augustus in amicorum suorum numero haberet. — Numquid dignum erat Manlii delictum ut suo filio pater caput præcidi iuberet? — Curio, tribunus plebis, Cæsaris causam dignitatemque defendendam susceperat. — Athletæ, spe se Olympicis in ludis coronâ redimitum iri, vitæ deliciis abstinebant; nobis autem quid non faciendum est eo fine ut in cælo coronemur? — Pœni a Scipione obsessi, omnia mala statuerunt subeunda ut patriam servarent.

Thème 140.

177-178. — A quodam ex suis amicis interrogatus Alexander cuinam regnum relinqueret, respondit: Omnium dignissimo. — Quærebat Cæsar quare Ariovistus non decertaret. — Rebecca interrogata num cum Eliezere, Abrahami administro, vellet proficisci, haud cunctanter se non abnuere respondit. — Diogenes coram Atheniensibus quid de iis sentiret liberius dicebat. — Josue dixerunt Israelitæ: Quod tu nobis præscripseris nos faciemus. — Scythæ in silvis versantes putabant parvi referre suâ scire quis esset Alexander et unde veniret. — Primum dubitabant Judæ Machabæi milites num Antiochi copiis possent resistere; sed postea non dubitaverunt quin Deus cui favet exercitui victoriam donet. — Visne scire quanti emerit Augustus corvum a quo imperator salutatus fuit? Nummorum argenteorum viginti millibus. — Rex Macedoniae Alexander erat, Darius vero rex Persarum; non te fugit uter victus fuerit. — Scis quanta gratia Josephus in Ægypto valuerit. — Apud Ægyptios, sua sponte homicida morte mulctabatur, nec perpendebant utrum liber esset nec ne homo interfectus. — Cùm e carcere elapsus esset sanctus Petrus, primum dubitare visus est num verè liber esset; at postea non dubitavit quin ipse ab angelo, quem Deus miserat, fuisset liberatus.

Thème 141.

177-178. — Audivistine quanti captum a se murem vendiderit quidam avarus, dum Casilinum obsessum teneretur? ducentis denariis. — Adherbal perpendens suum fratrem Hiempsalem a Jugurtha neci datum fuisse, quid sibi ipsi metuendum esset intellexit. — O Dion, poterasne dubitare quin Callippus, cui confidebas, vitæ tuæ insidiaretur, cum ex conjuge et sorore tua istud audiisses! — Ex Evangelio scimus quomodo Jesus quinque hominum millia in deserto aluerit. — Josephi dispensator a Jacobi filiis quaesivit cur injuriam pro beneficio rependissent. — Isaias desertam fore Babylonem prædixerat; vix ideo assignant viri geographiæ peritissimi quid loci urbs ista olim tenuerit. — Quis nescit quantam prudentiam exhibuerit Annibal, quot obstacula superaverit, quam fuerit callidus, quantum ejus nomen formidaverint Romani, et quanti hunc ducem Scipio ipse aestimaverit? — Achior primum dubitare videbatur num Holophernem occidisset Juditha; sed cum ducis istius aspexit caput, non dubitavit quin Deus, ad vindicandos Israelitas, ab isto superbissimo homine poenas repetiisset. — Festus sanctum Paulum interrogavit num Hierosolymam duci vellet. — In Ægypto capite damnabatur qui felem occiderat; nec attendebant utrum sponte fecisset necne.

Thème 142.

177-178. — Quid mea refert utrum hodie an cras mihi Deus vitam auferat, dummodo justorum morte moriar? — Parum curabat imperator Severus utrum splendide vestiretur necne. — Quisnam suspicatus fuisset Jesum Christum ab uno ex suis apostolis proditum iri? — Causa fuit Varronis temeritas cur Romani cruentam cladem pertulerint. — Davidi erat cur de rege Saule quereretur. — Haud scio an omnia quæ Petrus de suo fratre dixit sint vera. — Non præviderat Cæsar se a suis amicis trucidatum

iri, præsertimque a Bruto, quem suum filium vocabat. — Existimabat Herodes Magos Hierosolymam esse redituros. — Non arbitror, apud Græcos oratorem Demosthenem eloquentiorem exstitisse. — Thyus, Paphlagoniæ præfectus, haud suspicabatur se ad Persarum regem fulvæ feræ instar ductum iri. — Audebat Nero dicere: Parvi meâ refert utrum me Romani diligant an oderint: quinimo malo eis odio esse quam amori. — Caligula, parum curant Romani utrum canendi et saltandi tu peritus sis necne. — Causa fuit superbia cur angeli rebelles cælo expulsi sint et in inferos dejecti. — Jacobi filiis locus erat metuendi iram Josephi; at Josephus fratribus suis injurias ab illis acceptas ignovit.

Thème 143.

177-178. — Persuasum habebat Goliathus nullum ex Israelitis contra se congregari esse ausurum. — Non prævidebat Tarquinius Superbus se olim regno detrusum Roma expulsus iri, imprimis Junii Bruti opera, quem stultum habebat. — Quisnam suspicatus fuisset Demosthenem, primum a cunctis audientibus exhibitum, oratorum principem aliquando factum iri. — Non arbitror ullum falsorum numinum cultorem divitiis minoris unquam fecisse quam fecit Aristides, cui sua probitas Justus cognomen asseruit. — Alexandri mors immatura causa fuit cur Carthagini, cui erat infensissimus, superbiam non contuderit. — Haud scio an sociale bellum funestius Italiæ fuerit quam civile. — Tito imperium adeptus erat locus de Domitiano fratre suo querendi, attamen hunc imperii consortem assumpsit, sui que successorem declaravit. — Quid meâ refert, dicebat sævus Caracalla, utrum in cælo an in inferis Geta meus frater versetur, dummodo in terris non habitet? — Modesto prætorii præfecto dixit sanctus Basilius: Parvi meâ refert utrum meâ in diocesi maneam an ejiciar, quandoquidem nullum locum alteri antepono. — Parum curabat Agesilaus utrum

frigus esset an calor, utrumque enim pariter despiciebat.

Thème 144.

177*-180*. — Nescio an admirabilior adversis quam secundis rebus Annibal fuerit. — *Nemo suspicatus fuisset Themistoclem, cujus sanguinem Artaxerxes addixerat, olim ab hoc principe valde amatum iri. — Ad Antiochum confugis, Annibal; at non credo te apud illum principem diu esse permansurum. — Virgilius Athenis proficiscitur, Romam redeundi causâ, nescio num eo adventurus sit. — Turrim ædificant Noemi posteri, at eorum sermonem adeo perturbabit Deus ut opus non perfecturi sint. — Adrianus Christianos persequitur; at non dubito quin ipse eorum mox misereatur. — Romam munera defert Cineas; sed non dubito quin ista repudiaturi sint Romani. — Minimè dubitavit Camillus quin olim Romanos pœniteret, quod seipsum Româ expulissent. — In cubiculo quiescit Alcibiades; scire velim num ex illo prius egressurus sit quam ipsius inimici illud incendiant. — Saulus Damascum vadit christianos vexaturus; at minimè dubito quin lupus iste in agnum prius convertatur, quam eò adveniat. — Arianis favit Constantinus; nescio num misericordiam impetraverit. — Haud dubium est quin Augustus se tam æquum imperatorem quam iniquum triumvirum præstiterit.

Thème 145.

177*-180*. — Parùm curabat sanctus Basilius utrum Valens imperator et bona et vitam sibi adimeret necne. — O Athenienses, exclamabat Demosthenes, quid vestrà refert utrum mortuus sit an ægrotet Philippus? Si cælum vos ab isto liberaret, alterum vobis mox vestra susciteret socordia. — Si viri Romano Curio similes inquirantur, plurimos repertum iri non arbitror. — Nescio num sanctos tam multos martyrii corona redimitos Lugduni iterùm visuri simus. — Jubet Virgilius Æneida in ignem

proijci, tanti vero hoc opus facit Augustus, ut illud servaturus sit. — Minimè dubium est quin Alexander, ni obstitisset Deus, ut urbem Tyrum antea, sic urbem Hierosolymam eversurus fuisset. — Titus Domitiano pepercit: at nonnulli neutiquam dubitavère quin illum in posterum pœniteret. — Potesne mihi dicere num quam ædificant turrim prius confecturi sint Noemi posteri, quam alii aliò dispergantur? — Christianis primùm favit Valerianus; haud tamen dubium est quin illos dein crudeliter persecutus sit. — Timete, Romani, ne immatura mors Marcellum prius raptura sit quam Augustus imperii habenas deserat. — Morte subito percussi sunt Ananias ejusque uxor Saphira: nescimus an illis sui mendacii veniam a Deo efflagitandi tempus defuerit.

Thème 146.

177*-180*. — Causa erat summi sacerdotis Oniæ pietas ac constantia cur reges et sacerdotes locum sanctum magno in honore haberent. — Inivit Mucius Scevola consilium occidendi Porsennæ qui Romam a se obsessam fame expugnatum iri persuasum habebat. — Tiberius, in voluptates immersus, parùm curabat utrum victoriam reportarent legiones romanæ an cæderentur. — Non arbitror ullum unquam pluris Homerum fecisse quam fecit Alexander, rex Macedoniæ. — Valde anxii sunt Tobias ejusque uxor, quod nesciant num suus filius in Medorum regionem prospere advenerit. — In Lacedæmonem procedit Epaminondas; at nescio num hanc urbem prius expugnaturus sit quam eò Agesilaus adveniat. — Præviderat Phocion se non aliam quam clarissimi cujusque Athenarum civis sortem experturum esse. — Minimè mihi dubium est, aiebat Aristoteli Philippus, quin filium meum Alexandrum regem Macedonia dignum sis effecturus. — Cum imperator appellatus fuit Marcus Aurelius, minimè dubitatum est quin pupillorum olim illum miseret. — Haud dubium est quin siti interiturus fuisset

Marci Aurelii exercitus, nisi Christiani milites largum imbrem a Deo impetravissent. — Geta imperator declaratur; at nescio nùm biennium prius regnatus sit quam inter Juliae matris suae brachia vulneribus confoditur. — Ego praevideo, aiebat Alexander, jamjam moriturus, quibus cruentis bellis amici mei mea funera celebraturi sint.

Thème 147.

185-187. — Cùm Collatino Brutus imperium abrogabat, poterat videri id injuste facere. — Dùm torquerentur Machabaei, sua illos mater ad mortem fortiter perpetiendam hortabatur. — Statim ut expiravit Jesus Christus, scissae sunt rupes, laceratum est velum templi, et monumenta aperta sunt. — Vix Goliathum, bellatorem istum non minus arrogantem quam temerarium, humi prostratum viderunt Philistaei, cùm terrore percùsi, terga verterunt. — Non erubuit Socrates cum ipsum suo cum filio adhuc puero ludentem Alcibiades deprehendit. — Die quadam, cùm Moyses pasceret in deserto oves Jethro soceri sui, vidit rubum ardentem, qui tamen non comburebatur. — Adveniet tempus cum Judaei Jesu Christi religionem amplectentur. — Tùm trucidatus est Philippus, cùm in theatrum ipsius statua introducebatur. — Sancta Mustiola imperatoris Claudii cognata, regnante Aureliano jussa est plumbatis flagellis caedi, dùm animam efflaret. — Persuasum habebat Solon hominem quamdiù viveret, in beatorum numerum non referendum esse. — Agesilaus, sicut caeteri Spartaee pueri educatus, non prius imperavit quam parere didicit. — Amilcar, magni Annibalis pater, priusquam in Hispaniam belli causà intraret, sacra diis offerenda curavit. — Alcibiades, postquam se capitis damnatum audivit, Lacedaemonem demigravit. — Asdrubal, priusquam fratrem suum Annibalem junxisset, occisus est. — Augetur memoria, cùm eam exerceas.

Thème 148.

185-187. — Cùm sanctus Eusebius Dolicam quae oppidulum est Syriae intraret, quaedam mulier ariana illi tegula cerebrum excussit. — In eo erat ut Trajanus Colonia Agrippinensi proficisceretur, cùm de Nervae obitu audiit. — Annibal promisit Gallis non se stricturum ante gladium, quam in Italiam venisset. — Cum Thucydides scribebat libros suos tota Graecia bello flagrabat. — Frendebat Annibal quod, non subacta Italia, Carthaginem revocaretur. — Cùm Alcibiades Atheniensium partes suscipiebat, hi ab hostibus victoriam reportabant; cum sua in ipsos arma vertebat, vincebantur. — Tempestas minatur, antequam surgat; crepant aedificia, antequam corruant. — Roma capta erat et incensa, cùm Camillus Gallos in fugam vertit. — Saul Davidem occidere pluries conatus est, dùm coram ipso hic citharam pulsabat. — Statim ut suos medicos dimisit imperator Adrianus, quidquid sibi arridebat bibere et comedere coepit. — Duo tantum effluerant anni ex quo exercitui praerat Agesilaus, jamque vel ejus nomen superioris Asiae provinciis terrori erat. — Noemi posterius, turri Babelis nondum perfecta, dispersi fuerunt. — Me admones ut me sanum, quoad possim, servem. — Ex urbe vix egressi erant Jacobi filii cum domus Josephi dispensator venit, exprobrans quod argenteum domini sui scyphum subripissent. — Primum cùm elephantes viderunt romani milites, mirifico terrore percùsi sunt. — Vir bonus non prius somno se tradit quam totius diei acta in animo reputet.

Thème 149.

185-187. — Tùm Empedocles in Sicilia vixit, cùm ea insula florebat. — Non expectavit Annibal dùm ipsum Romanis proderet rex Prusias; at hausto veneno, septuaginta annos natus obiit. — Anxia fuit Tobiae mater,

donec illum redeuntem vidit. — Samuel propheta regi Sauli dixerat : Cave ne prius sacrum facias quam ego rediero. — Abrahamus suis famulis dixit : Istic manete, dum ego filiusque meus sacrum Domino facturi ibimus. — Injusti sunt, qui ab aliis, cum possint, non propulsant injuriam. — Alexander cum expedita manu Arabiam petiit, dum ipsius duces urbem Tyrum obsidebant. — Ut Nero Agrippinam suam matrem interfici jussit, sævis conscientiae stimulis agitatus est, singulisque horis hanc sanguinolentam et vulneribus confossam videre videbatur. — Catilinæ, quoad fuit in urbe, omnibus consiliis obstetit Cicero. — Quos ad Coriolanum mittunt Romani legatos, si prius reversuri sunt, quam in castra admittantur. — Drusus, Romam redeundi gratia profectus, prius mortuus est quam Rhenum trajecisset. — In quadam fabula legi, ursi nondum occisi pellem non vendendam esse. — Quo tempore civitati Lacedæmoni præerat Lycurgus, capite damnabatur quicumque aurum aut argentum domi servabat. — Statim ut pontifex Azarias aliique sacerdotes Oziam regem lepra contactum videre, a templo illum ociosius repulerunt. — Invitus feci ut Flaminium a senatu ejicerem septem annis postquam consul fuisset.

Thème 150.

188-191. — Deus Moysi Aaronique dixit : Cum vos verbis meis fidem non adhibueritis, nequaquam per vos populum meum in terram, quam ipsi pollicitus sum, introducam. — Sancti viri Jobi operam ita fortunavit Deus, ut inter Orientis incolas ditissimus ac potentissimus evaserit. — In magnis calamitatibus reges Tyrii, ut mos erat, filios suos ad placandam deorum iram immolabant. — Præstans imperator erat Timoleon; et quemadmodum juvenis adhuc senis maturitatem, ita jam senex juvenis fortitudinem vigoremque præstitit. — Quædam terræ partes sunt incultæ, quod aut frigore rigent aut

uruntur calore. — Thyus quem Datames captivum fecit, terrorem incutiebat, cum viresset procera statura, necnon atra facie, barba promissa capillisque valde prolixis. — Sisygambis agendi rationem ego demiror; hanc autem illustrem reginam vitupero, quod omni cibo abstinuit, ne Alexandro superstes viveret. — Ut sementem feceris, ita metes. — Voluptatem ipsam per se, quia voluptas sit, optandam esse putat Epicurus. — Crassus græce sic loquebatur, ut nullam nosse aliam linguam videretur. — Alexandri milites, fluvium laxartem ratibus trajicientes, genibus innixi sunt, quò minus Scytharum sagittis parerent. — Plato escam malorum voluptatem appellat, quod eà videlicet homines capiuntur, ut hamo pisces.

Thème 151.

188-191. — Deus Abrahamo dixit : Quia tu, ut mihi obedires, non dubitasti mihi tuum unicum immolare filium, ego in te omnia beneficia congeram. — Ne dubites, ait quidam auctor, quin, ut flagellis corpus, sic anima libidinibus dilaceretur. — Vespasianus injurias adeo obliscebatur ut Vitellii inimici sui filiam locupletissimè dotaverit. — Socratem damnaverunt Athenienses; quod ipsis novam religionem introducere videretur. — Dionysius Æsculapio suam barbam auream demi jussit, dicens filium haud decere adeo prolixam, cum Apollo, hujus pater, imberbis pingeretur. — Nero, post matris suæ cædem, flagellis, ut dicebat ipse, a Furiis ipsum quocumque insequentibus, se laceratum sentiebat. — Augustus, quo Actiæ victoria memoria in posterum esset celebrator, urbem Nicopolim apud Actium condidit. — Interrogata quædam matrona romana cur alii viro nollet nubere, cum ipsius maritus Servius obiisset : Quia, inquit, mihi semper vivit Servius. — Decius imperator, ne in hostium manus incideret, in altam paludem incitato equo sese immisit. — Datames, quò majori regem Artaxerxem gaudio afficeret, cum Thyo a se capto profectus est, nec

ullum de suo itinere admonuit. — Ut velis me esse, ita me futurum esse persuasum habeto.

Thème 152.

192-195. — O lugendam cæcitatem! Vivimus terrenisque inhærescimus bonis non secus ac si nobis nunquam moriendum sit. Si ab hominum societate veritas probitasque amoverentur, cor regum illis perfugio esse deberet. — Si Jesum Christum non diligis tanquam hominum Salvatorem, at certè tanquam tuum judicem illum time. — Si Galbæ mensa solito lautior erat, illum dolentem, imò lacrymantem sui ministri videbant. — Nonnulli omnia recta et honesta parvi pendunt, dummodo imperium consequantur. — Quis nonnullorum divitum erga pauperes acerbitatem non vituperet? — Quis cum Jesu Christo in terris pati nolit, ut cum ipso in cœlis regnet? — Strenuus miles laudatur, seu vicit, seu victus est. — Si Æsopò credimus, lingua nihil melius, nihilque pejus. — Scito te nunquam esse lapsurum, si conscientie loquenti aurem præbeas. — In India, uxores se ignominia affectas existimant, si suis supersint maritis. — Si vel minimum fidei in nobis inerit, caducis æterna bona præponemus. — Cùm Alexander Cyri regis sepulcrum reserari jussisset, nihil ibi præter illius scutum putrefactum, duos arcus acinacemque reperit. — Videns Darius pacem sibi haud sperandam esse, nisi Alexandro totum imperium concederet, novum apparavit prælium.

Thème 153.


192-195. — Regi Sedeciæ dixit Jeremias: Si Babylonis te dedes, urbs non incendetur tuque et tui salvi eritis; sin aliter, urbem vastabunt incendio, nec vos a manibus eorum evadetis. — Otho ære alieno obrutus, palam dicebat: Ego omninò perditus sum, nisi forte quamprimum me ad imperium promoveant. — Non dubito quin, si te rogem aliquid, mihi sis responsurus. — Si vel minimi

scientias fecisset Domitianus, viros litteratos non aversatus fuisset. — Si piscatum ibat Nero, ex auro retia, ex serico funes erant. — Ne dubites amico de recta via deducto salutaria dare monita, sive habes aliquam spem, sive desperas te conata perfecturum. — Manet ingenium senibus, modo permaneat studium et industria. — Jugurtha jussus Româ discedere, hanc respiciens dixit: Si emptorem urbs ista repererit, mox disperibit. — Quis unum assem pauperibus non largiatur, ut thesaurum in cœlis obtineat? — Quis credat Alexandrum in India multis hostium millibus obniti potuisse? — Sic cogitandum est tanquam aliquis in cogitationes inspicere possit; nonne enim Deus in eas inspicit? — Romæ nihil non metuendum, nisi Coriolanus, suæ matris lacrymis precibusque motus, isti ingratae urbi illatam sibi injuriam ignovisset. — Appius Claudius Pulcher pullos sacros in aquam mergi jussit, dicens: Si non edunt, saltem bibent. — Sapienter egisset Darius, si Charidemi consilio paruisset.

Thème 154.

192-195. — Quis suis inimicis non ignoscat, cùm videt Jesum Christum suis protortoribus orantem? — Bellum priores non ordiemur, aiebat Pericles, at si hostes nos lacessiverint, fortiter vim vi repellemus. — Si urbs quæpiam incendio vastabatur, huic publica pecunia subveniebat Antoninus, illamque renovandam curabat; si qua calamitate alia vexabatur, hanc sublevabat, suisque adjuvabat redditibus. — Cùm Darius, Hystaspis filius, Nitocris, Babyloniorum reginæ, sepulcrum reserari jussisset, nihil ibi nisi cadaver istaque verba inscripta reperit: Nisi tu arderes avaritia, mortuorum tumulos non aperuisses. — Cato omnibus præstabat, sive agrum colebat, sive ducebat exercitum. — Cyrus Sardium civibus significari jussit ipsos salvos fore, eorumque uxoribus ac liberis parcitum iri, dùm ad se suum aurum ar-

gentumque in totum asportarent. — Cùm de Alexandri morte audisset Sisygambis, suam suarumque neptium sortem deflevit non secus ac si altero Dario orbata fuisset. — Si meas numeres victorias, aiebat Alexander, diù vixi; sin autem meos annos, haud satis diù. — Si vel minimum Jesu Christo dederimus, egenis opitulando, amplissimam mercedem accipiemus. — Non ignoras te, si telo primam aciem præfringas, reliquo ferro vim nocendi sublaturum.



Thème 155.

196-197. — Nobis vitandum est peccatum, etiamsi nos illud admisisse omnes sint ignoraturi. — Multi simulant se omnia scire, nec quidquam sciunt. — Affirmat Cicero se descriptam apud Platonem mortem Socratis legere nunquam potuisse quin lacrymas profunderet. — Persarum exercitus, pro antiquo more, nunquam nisi orto sole progrediebatur. — Darius in suam perniciem, hosti obviam ivit, cùm illum expectare debuisset. — Cùm splendido in palatio nasci possis, o Jesu, in præsepio tu nasceris. — Caine, tuum fratrem imitare, ne autem illi invideas. — Ferro quidem armisque, non autem Persarum auro et donis, invicti erant Græciæ populi. — Josephus suos fratres beneficiis cumulavit, nedum ab illis poenas expeteret. — Sophocles in jus a suis liberis vocatus absolutus est, nedum a iudicibus damnaretur. — Sævissimos cruciatus sustinuisent Ægyptii, potius quam felem aut crocodilum malè mulctarent. — Omisso Aristide, quot viros illustres peperit Græcia! — Ut sanctos apostolos Petrum et Paulum omittam, quot præclari martyres urbem Romam suo sanguine irrigarunt! — Joannes Baptista, licet nullum miraculum patriverit, colitur tamen tanquam omnium sanctorum maximus.

Thème 156.

196-197. — Deus, cùm Adamum et Evam post peccatum exterminare potuisset, Salvatorem illis promisit. —

Cainus, cum ad Dei misericordiam debuisset confugere, desperationi se dedit. — Quidam multum loquendo nihil dicunt; Phocion autem multa paucis dicebat. — O juvenes, de morte meditamini, ne autem vos voluptati dedatis. — Augustus Cinnam, qui in se conspiraverat, ad consulatum promovit, nedum in illum sæviret. — Tantum absuit ut impius Herodes Jesum Christum aliquid prodigii patrantem videret, uti speraverat, ut contra ne unum quidem verbum proferentem audierit. — Vir vere christianus fert omnes cruciatus, potiusquam fidem suam prodat. — Phocion fuit continuo pauper, cùm ditissimus esse posset — Timoleon oculorum lumina amisit, neque eum querentem quisquam audivit. — Nemo felix vivere potest, nisi honeste vivat. — Ut omittam sanctum Pothinum sanctumque Irenæum, quot sancti præsules urbem Lugdunum illustraverunt! — Athenienses, etsi tam duriter quam Spartiatæ non educabantur, haud minus fortes erant. — Nullum unquam virum Persæ prius condemnabant, quam auditus fuisset, et sui cum ipso compositi essent delatores. — Evangelium, licet omnibus eandem doctrinam eademque præcepta proponat, paucis tamen offert quasdam vitæ perfectioris regulas quæ consilia evangelica dicuntur. — Nullam rem Cyrus moliebatur, nisi prius suorum exercituum duces in consilium adhibuisset.

Thème 157.

196-197. — Phocion quinquies et quadragies exercituum imperator delectus est, nec tamen unquam imperium postulaverat vel ambierat. — Postquam Siciliam pacavit Timoleon, nihil ibi publici negotii absolutum est nisi in consilium adhibitus fuisset. — Ingrati animi crimen, ut animadvertit Seneca, licet nullibi poenæ obnoxium sit, ubique tamen damnatur. — Lux solis, cum cæteris rebus impertiatur, nunquam tamen minuitur. — Philippus, ut perhibent, nunquam e suo palatio exibat

quin servus sic jussus ipsum ter inelamasset : Philippe, te mortalem esse memento. — Israelitarum reges, cum prophetas a Deo ad se missos audire debuissent, illos afficiebant contumeliis aut neci dabant. — Quot sancti, cum exaggeratis fortunis quæ hæreditate sibi advenerant, uti potuissent, illas pauperibus dilargiti sunt. — Appetamus bona caelestia, ne autem terrenis studeamus. — Dicitabat sanctus Arsenius : Vocem non continuisse semper me poenituit, nunquam autem siluisse. — Quis non stupet quod homines post diluvium pejores quam ante facti fuerint, nedum ad bonam frugem se recipiant. — Cum in dies cresceret Caligulae rabies, nedum defervesceret, in istum conspiratum est.

Thème 158.

198-199. — Sanctus Ludovicus, cum fore quadraginta quatuor annos rex Galliae fuisset, propè Tunetum in Africa lue interiit. — Cum imperator esset Theodosius cognomine Magnus, in Egypto alibique inanum numinum templa eversa sunt. — Perditis etiam rebus omnibus, ipsa virtus se sustentare posse videtur. — Annibal, Alpibus superatis, in Italiam pervenit. — Sereno quoque caelo, aliquando tonat. — Isaaci oculi, cum senuisset, ita obscurati sunt, ut videre jam non posset. — Victo Pompeio, nemo jam Caesari resistere poterat. — Graeci, urbe Troja capta et excisa, in patriam redière, Trojani vero profugerunt, Aenea duce, atque post multos perpressos labores, tandem in Italiam appulerunt. — Prisci philosophi, pro sua superbia, graviore afficiebantur morbo quam ii quibus medebantur. — Moyses, pro sua mansuetudine, Dominum obsecravit ut Aaroni et Mariae ignosceret. — Servus Androcles, qui tertium jam annum cum leone vitam degebat, quadam die, hujus feræ vitæ pertæsus, dum leo venaretur, aufugit. — Caius Marcius, captis Coriolis, urbe Volscorum, Coriolanus dictus est. — Jesus Christus, octavo calendas januarii, Sabinò et Rufo

consulibus, Bethleemæ natus est. — Sisymbim tanto mœrore affecit Alexandri interitus, ut, cum Dario filio suo plures annos superstes vixisset, Macedoniae regi paucis duntaxat diebus superesse potuerit. — Regibus expulsis, consules Romæ creati sunt.

Thème 159.

198-199. — Cum Henricus quartus sibi subditis valde affabilem sese exhibuerit, Franci grata semper erit ejus memoria. — Diocletianus cum fere undeviginti annos imperator fuisset, necessitate adstrictus imperio se abdicavit. — Saul, quia prophetæ Samueli non paruerat, a Deo rejectus est. — Alexander, cum in solum ascendisset, varias gentes barbaras, alias sui nominis terrore, alias armorum vi subegit. — Sanctus Martinus, cum miles esset, cuiquam mendico, quem Ambianum ingrediens vidit gelu rigentem, dimidiam chlamydis suæ partem dedit. — Reluctante naturâ, irritus labor est. — Xerxes, pro sua potentia se Græciam subacturum esse existimabat. — Suâ pro facundiâ Demosthenes Philippo, Macedoniae regi, terrorem incutiebat. — Plebs, Catilinæ conjuratione patefacta, Ciceronem ad caelum tollere coepit. — Antiochus, concitante Annibale, bellum adversus Romanos suscepit. — Cum toto corpore contremuerit sanctus Hieronymus de ultimo judicio cogitans, quis ex nobis non contremiscat? — Dionysius Tyrannus, cum Platonem Syracusas mox adventurum audiisset (ou audito Platonem, etc.), illi in curru a quatuor equis albis vecto obviam ivit. — Magis auctoribus, Xerxes omnia Græciæ templa inflammâsse dicitur. — Eclipses non ubique cernuntur, sæpius globo terræ obstante. — Pericles Athenienses solis obscuracione territos, redditus ejus rei causis, metu liberavit.

Thème 160.

201-204. — Etiamnum reperire est homines qui honores contemnant; at paucissimos reperias. — Adhuc

neminem cognovi poetam, qui sibi non optimus videretur. — Quis est qui non oderit Neronem ceterosque romanos imperatores qui crudelitate aut flagitiis turpiter eminuerunt? — Campani, quod auri argentique haberent, ad quaestores deferre jussi sunt. — Philippus suum filium Alexandrum inconsideratum habebat qui in Bucephalum, equum asperrimum vellet conscendere. — Imperator Theodosius sanctum Arsenium elegit, cui filium suum Arcadium educandum crederet. — Alcibiades in Asiam transit ad Pharnabazum, quem sua humanitate cepit. — Omnium quos viderunt Graeci Themistocles fuit audacissimus. — Qualescumque sint istius vitae aerumnae, si quis fide valeat gaudire affluit. — Post trucidatum Pertinacem, praetoriani milites alta voce clamare ausi sunt: Quilibet plurimum obtulerit, imperator proclamabitur. — Ferunt Catonem servo suo nunquam iratum fuisse, qualemcumque cibum ille sibi ipsi apponeret. — Quanticumque, Cyro iudice, aestimanda foret liberalitas, nihilominus benignitatem affabilitatemque pluris faciebat. — Quodlibet donum, quantumcumque erat, libenter accipiebat rex Artaxerxes. — Quantumvis peritus per se esset Evagoras, rex Salaminae, nihil unquam consilii capiebat quin quorundam sapientium virorum arbitrio permitteret. — Quocumque recedamus, Dei conspectum effugere non possumus.

Thème 161.

201-204. — Pœni solum Xantippum Spartanum repererunt quem Romanis opponerent. — Heu miserum principem! de Alexandro Phæreo exclamat Tullius, qui magis servo ac tonsori quam conjugis suae fuis fuerit. Pharaonis filia Moysis genitrici sibi ignota dixit: Tibi hunc infantem quem tu enutrias committo, tibi que ego operæ mercedem persolvam. — Quidquid egero, continuo scies. — Qualemcumque mortem minabantur persecutores martyribus, hi nequaquam movebantur. — Imperium

licitantur Sulpicianus ac Julianus, utrumcumque plures ostenderit nummos, illud impetrabit. — Socrates dicere solebat omnes in eo, quod scirent, satis esse eloquentes. — Videre est homines qui quælibet, præter Jesum Christum, discant et sciant: Istorum sors quam dolenda est! — Caninius, ut aiebat Cicero, fuit mirifica vigilantia, qui toto suo consulatu somnum non senserit. — In ramo vel maxime specioso, ut ait quidam auctor, superest semper quod seces atque interputes. — Annibali, quocumque iter habuit, cum incolis ubique fuit pugnandum. — Existimatur Cyrus unus e clarissimis ducibus qui unquam exstiterunt. — Nullus vere christianus credat lugendam esse mortem, quam gloriosa beataque immortalitas consequatur. — Paucissimos reperias qui gloriam quasi rerum gestarum mercedem non desiderent. — Quotocumque in Romanos furore inflammabantur Falisci, vix de præclaro Camilli, Romani ducis, facinore audiverunt, cum pacem petiere.

Thème 162.

201-204. — Videas plerosque homines divitiarum voluptatumque amore fascinosos; et ideo paucissimos qui solam virtutem aestiment reperias. — Quicumque imperatorem Claudium adire volebat, excutiebatur, ne quid armorum suâ sub veste occultaret. — Pharisæi qui adulteram mulierem ad Jesum adduxerant, arbitrabantur se illius accusandi causam, quodcumque daret responsum, habituros. — Cùm Agrippæ regi tantillum aquæ obtulisset Thaumastes, ille id officii, quantumcumque nobis videatur, opimis muneribus rependit. — Cum Regulus haud impetrata captivorum commutatione, Carthaginem redisset, nihil supplicii fuit quod in hunc illustrem Romanum non excogitaret Pœnorum crudelitas. — Alexander Achillem beatum existimabat qui vivus Patrocleum amicum, mortuusque Homerum præconem habuisset. — Antiocheni solum sanctum Flavianum, præsulem

suum, repererunt, quem ad imperatorem Theodosium mitterent. — Narrant Alexandrum Phocioni scripsisse se non amicos habere eos qui nihil a se accipere vellent. — Dominus Tobiae patri archangelum Raphaelem misit qui illum faceret sanum, simulque Saram, Raguelis filiam, quam uxorem ducere volebat junior Tobias, a dæmone liberaret. — Multi reperti sunt, qui non modo pecuniam, sed vitam etiam profunderè pro patria parati essent. — Natura lubricos oculos fecit et mobiles, ut aspectum, quò vellent, faciliè converterent. — Quid ergo? aiebat Aaron ejusque soror, nùm solus est Moyses per quem locutus sit Dominus? — Deus Josuæ dixit: Ne timeas, quocumque enim ieris, tecum erit Dominus Deus tuus.

Thème 163.

205-209. — Pauci se eos vident qui reapse sunt. — Quidam hodie saltant qui fortasse cras sepelientur. — Plerumque qui dominus est, is est servus. — Ea erat regum Persiæ mollities ut eandem magnificentiam eandemque delicias in castris quas sua in aula exigent. — Alias in historia leges observandas puto, alias in poemate. — Quilibet alius ac Annibal Alpium celsitudine perterritus fuisset. — Sub Timoleonte longe alia erat urbs Syracusæ ac sub utroque Dionysio. — Solummodò arma tractandi periti erant Spartani; non item Athenienses. — Non is erat Fabricius qui regis Pyrrhi medici perfidiam probaret. — Haud ea erat Parysatis quæ ignosceret. — Judæorum furor omnibus Pilati conatibus mitigari non potuit. — Memnon, dux Darii exercitûs, is erat qui de victoria cum Alexandro diu contendere posset. — Incidunt tempora cum quidam obediunt qui imperare; quidam vero imperant qui obedire debeant. — Cum Socrati auscultaret Alcibiades, tunc longe alius ac paulo ante videbatur. — Quivis alius ac David regem Saulem, quem in spelunca solum nactus est, trucidavisset. — Servus ejusdem est naturæ ac dominus suus.

Thème 164.

205-209. — Sine controversia, is erat Plato qui Dionysium Juniorem regnandi artem edoceret. — Ea erat Pharaonis in Hebræos barbaries, ut illorum infantes masculos recens natos in Nilum projici jusserit. — Licet eadem stet semper Jesu Christi religio, haud inficiandum est christianos non eos esse hodie qui olim erant. — Quidam, ut gloriam acquirant, sævissima constanter perferunt vulnera, qui morbi doloribus franguntur. — Vult Quintilianus, præclarus rhetor, ut quo suum filium pater, eodem amore suum discipulum magister complectatur. — Alexander edixit ne quis alius quam Apelles ipsum pingeret. — Quilibet alius ac Aristides, immeritò e sua patria expulsus, istius injuriæ ægrè oblitus fuisset. — Cimon se longe aliter gessit ac se præstiterant plerique magistratus qui ante ipsum reipublicæ præfuerant. — Apud Persas pueri multo mane publicas scholas petebant, nihil aliud quam panem nasturtiumque in cibum ferentes, necnon poculum ad aquam e proximo fluvio hauriendam. — Nec absterri nec vinci potuit animus Alexandri, qui urbem Tyrum qualibet ratione occupare statuerat. — Cato major, navigans in Hispaniam, eodem cibo eodemque vino, quo nautæ, utebatur.

Thème 165.

205-209. — Non is erat sanctus Thomas quem sui putabant condiscipuli; talem vero se exhibuit qualem Albertus Magnus, suus magister, existimaverat. — Quidam se, columnæ instar, stabiles existimant, qui arundine vacillantes sunt. — Ea erat Henrici quarti erga sibi subditos benignitas, ut agricolas qualibet die dominicâ gallinam in olla decoquere optaret. — Qualis fuerat Amilcar, talem se præstitit ipsius filius Annibal, ejus odii adversus Romanos hæres. — Metuebat Mardocheus ne ad hominem honorem soli Deo debitum

transferret. — Socrates, ut philosophus, inanium deorum simulacra clam despiciebat; sed ille ut civis atheniensis et senator, eundem, quem caeteri, cultum istis exhibebat. — Haud ii erant Pœni qui Reguli magnanimitatem admirarentur. — Is potiùs erat Esopus qui alios irideret, quam qui ab illis irrideretur. — Tempestatis vis impedire non potuit quin Cato in navem ascenderet, fratri suo in Thracia ægrotanti opem laturus.

Quivis alius ac Judas, auditis hisce Jesu Christi verbis: Amice, ad quid venisti? detestando consilio abstinisset. — Si sua in Italiam arma vertisset Alexander, cum ducibus longe aliis atque Dario rem gessisset. — Te suspicor iisdem rebus, quibus ego ipse, commoveri.

Thème 166.

210-213. — Micipsa Jugurtham, fratris sui filium, tanto studio quanto suos filios educatum voluit. — Asserit Plutarchus Athenienses tam placatu faciles quam ad iram pronos fuisse. — Græci saltationem et musicam tam magni faciebant quam parvi istas Romani. — Marcus Aurelius diis gratias agebat quod tum sibi tum suis liberis magistros eximios tribuissent. — Salomon multum sapientiæ exhibuerat, haud tantumdem postea Roboamus ejus filius ostendit. — Admodum prudens erat Paulus Æmilius; non item Varro, illius collega. — Quot numerantur prophetae minores? Duodecim. Quot verò apostoli? Totidem. — Cuidam glorianti quod multum biberet nec inebriaretur respondit Aristippus: Mulus item facit. — Quantum dolorem, amisso suo deo Apide, hauriebant Ægyptii, tantam voluptatem, reperto ejus successore, percipiebant. — Alexandro haud tot erant homines quot Dario; at bellis magis assueti erant ejus milites. — Alexander Homeri opera tanti faciebat, ut singulis noctibus illa suo cum gladio cervicali supponeret. — Quis est tam tutus qui nullum periculum reformidet. — Sanctus Ludovicus, Tolosæ antistes,

Neapolitanum regnum tam parvi fecit, ut istud repudiaret. — Darius se ad obterendos hostes satis potentem existimabat.

Thème 167.

210-213. — O Alexander, non tantula est Persia quantula est Macedonia; illa tamen subacta, tibi nondum satis erit. — Tanta est hominum cæcitas ut aeternam nihili pendant gloriam, solaque terrestria bona appetant. — Quam severus adversusque vitia obfirmatus erat Cato, tam erga sibi sanguine conjunctos tener atque humanus. — Abdalonymum non latebat tot laboribus ac sollicitudinibus circumseptum esse solum quot voluptatibus et honoribus. — Caligula, suo ineunte regno, tam magni æstimatus est ab Artabano, Parthorum rege, quam parvi antea Tiberius, cui succedebat, ab eo fuerat æstimatus. — Quantum Joabus prævidere poterat, recensio a Davide præscripta aliquam gravem pœnam Israelitis erat illatura. — Augustus imperator a cunctis Romanis æstimatus fuit; non tantidem successor ejus Tiberius. — Sextius, priusquam lectum peteret, se ipse interrogabat qui melior illa die factus esset; item faciebat Seneca. — Phameas, æquitatui Pœnorum præfectus, Scipionem tanti faciebat, ut a Pœnis ad Romanos se contulerit. — Superbus Antiochus, qui primùm se adeo potentem existimaverat, ut altissimos montes in trutina posset appendere, se mortalem esse tandem agnovit. — Tam parvi gloriam faciebat Epaminondas, ut istius haud magis quam divitiarum esset avidus. — Improbo viro semper ad nocendum satis virium est. — Erat in Poro, ut in barbaro principe, sat magna sapientia et prudentia. — Jesum virgis cædi jussit Pilatus, non tam ut in illum sæviret quam ut Judæorum cohiberet furem.

Thème 168.

210-213. — Alexander Porum a se devictum tantum dilexit quanti æstimavit. — Imperatori Theodosio dixit

sanctus Flavianus : Per te unum stat, o princeps, quominus tot tibi sint spirantes statuæ quot olim in terris erunt homines. — Quantum prænoscere valeo, aiebat Albertus Magnus suis discipulis, Thomas luminis thesaurus erit; et doctis hujus quem vos Bovem mutum dicitis mugitibus totus orbis olim personabit. — Quot thronos circa Agni thronum vidit sanctus Joannes? viginti quator. Quot vero seniores? totidem. — Cum rumor percrebrisset omnes regis filios ab Absalone trucidatos fuisse, David vestibus suis discissis, humi prostratus est, cunctique adstantes item fecerunt. — Quanti nos bona cælestia, ineffabilia quidem atque æterna, æstimabimus, tanti etiam faciemus gratiam Jesu Christi qui nobis ea promeritus est. — Cicero, tum sua facundia, tum suo in rempublicam studio immortalitatem consecutus est. — Nonnulli sancti suis manibus laborabant, non tam ut de lucro viverent quam ut pauperibus opitularentur. — Adeo parvipenditur homo mendax, ut isti vel verum dicenti fides non adhibeatur. — Ita barbarus fuit Ochus, ut Ocham suam sororem, cujus filiam duxerat uxorem, vivam sepeliri jusserit. — Dionysius major, æque rudis poeta ac peritus dux, tam parum modestus erat, ut censeret majori sibi esse gloriæ sua carmina quam suas omnes victorias. — Pisistratus multum, ut temporibus illis, valuit dicendo.

Thème 169.

210-213. — Betis, quem Alexander circum Gazæ mœnia raptari jussit, tanta fide quanta fortitudine Dario operam navaverat. — Romani, desinente Republica, divitias tam magni faciebant quam parvi olim ipsorum majores. — Quam bellicæ artis peritus erat Turennius, tam ille, re prosperè gestâ, modestus. — Ut romanis copiis præfuit Fabius, Annibal non tot victorias quot antea retulit. — Cum Lysandro tum fortitudine tum rei militaris scientia certabat Callieratides; at moribus

illi multo præstabat. — Quam stulti sunt illi qui pauperibus stipem erogant, non tam ut Jesum Christum suis in membris sublevent, quam ut in honore apud homines habeantur! — Pecuniæ adeo avidi erant Pœni ut vel de militum sanguine pretio contendere non erubescerent. — Alcibiadi adeo infensi erant optimates Spartani, ut illius trucidandi consilium animo agitaverint. — Crasso dicente, nemo tam arrogans erat, qui similiter se unquam dicturum confideret. — Tam parum sapiens erat rex Babylonis, ut existimaret æneum simulacrum singulis diebus duodecim similæ mensuras necnon quadraginta verveces comedere. — Artabanus Dario dicebat : Æquum erat bellum in Babylonios; tuum est perpendere num item in Scythas. — Quantum in intimum Cæsaris pectus inspicere valeo, aiebat Sylla, haud dubito quin optimatum partibus exitio sit futurus; namque in isto puero multos video inesse Marios. — In tanta paupertate decessit Aristides, ut unde efferretur vix reliquerit. — Epicharmus acutus nec insulsus homo fuit, ut Siculus.

Thème 170.

214-219. — Demosthenes sua facundia Philippo Alexandroque magis formidandus erat quam sua bellica virtute exercituum imperatores. — Quamvis Alexandro pauciores essent homines quam Dario, illi tamen plures erant milites. — Sanctus Ludovicus tam affabilis tamque benignus erat quam qui maximè. — Apud Persas, majori erat horrore mendacium quam ubi maximè. — Lacedæmone minoris fiebat argentum quam ubi minimi. — Nicoteles, rex Salaminis, temperantia eminuit; quæ virtus in principibus eo admirabilior est quo in illis rarior. — Artaxerxes, rex Persarum, cum audisset Datamem rebellasse, eo magis perterritus est, quod illius fortitudinem noverat. — Quo plures Alexander subigebat provincias, eo avidius cæteras appetebat. — Quo magis opprimebantur Israelitæ, eo magis in dies crescebat eorum numerus. — Quo quis

ditior, dixit quidam poeta, eo plures amicos numerat. — Imperator Theodosius quam paucissimos poterat homines capite damnabat. — Datames apud Persarum regem majus nomen habebat quam cui aulici non inviderent. — Julianus qui Pertinaci successit emitque imperium, minus modestus erat quam qui illo se indignum existimaret. — Samson moriens quamplurimos potuit Philistæos neci dedit. — Marius diutius quam pro sua gloria vixit.

Thème 171.

214-219. — Volgo dicitur pauciores boves quam vitulos occidi; ita plures pueros quam senes mors demetit. — Aliquandiu unâ regnarunt Marcus Aurelius et Lucius Verus; at quanto minoris posterior quam prior aestimandus fuit. — Artis bellicæ tam peritus erat Annibal quam qui maximè. — Athenæ, sua recuperata libertate, majorem præstiterunt fortitudinem quam cum maximam. — Apud Græcos tanti fiebat libertas quanti ubi plurimi. — Substitutus est Philippus in locum Amyntæ, utpote multo junioris quam qui tot adversus hostes regnum tueretur. — Saül Davidi dixit: In te inest minus virum quam ut cum viro omnium fortissimo congregiaris. — Censebat Scipio Nasica minus potentes esse Pœnos quam qui Romanos subigerent; potentiores vero quam qui ab his contemnerentur. — Periculosum est aciem latius quam pro copiis extendere. — Quarumdam plantarum fructus eo suaviores sunt quo amariore eorum radices: item de virtute. — Darius per servum de suæ conjugis morte certior factus, eo graviore affectus est mœnore, quod illam debitis suo reginæ titulo exsequiis orbatam existimabat. — Quo quid est factu difficilius, eo majori est gloriæ. — Quo magis enitebatur Pilatus ut Jesum dimitteret, eo sæviori in hunc furore Judæi incitabantur. — Samson quam plurimas vulpes coegit, ut Philistæorum agros incenderet.

Thème 172.

214-219. — Paupertatem pluris faciebat Epaminondas quam qui muneribus corrumperetur. — Imperator Adrianus minus modestus erat quam qui viris seipso doctioribus cederet. — Sui Judææ milites frustra suaserunt ne prælium committeret, dicentes se pauciores esse quam qui hosti obsisterent. — Cum Summus Pastor suum gregem recensebit, eheu! multo pauciores oves quam hircos reperiet. — Perhibent Lacedæmone senes reverentiùs habitos fuisse quam ubi maximè. — Darii filius, adhuc puer, eo majore dignus erat miseratione quo minus suas ærumnas sentiebat. — Hydaspes, Indiæ fluvius, Macedones eo magis perterrebat quod quatuor stadia largus erat, et ubique adeo altus ut maris speciem exhiberet. — Maluit Cato vir bonus esse quam videri; et quo magis gloriam fugiebat, eo majorem assequabatur. — Quo quis plures sublevat pauperes, eo plures sibi in cælo patronos conciliat. — Vos non latet, quo quid magis exitiosum sit, eo accuratius ab isto abstinendum esse. — Alexander Ephæstionis funus quam plurima potuit magnificentia celebrari jussit (ou celebrandum curavit). — Evagoras, rex Salaminis, adversus Persarum regem dimicaturus, quam plurimas potuit copias et naves aggregavit. — Aristides Phocionque mendacium magis abhorrebant quam quod maximè. — Socrates, capite damnatus, ductus est in carcerem, ubi triginta dies egit tam quietus quam cum maximè. — Ne major sit liberalitas quam pro facultate.

Thème 173.

220. — Urbem Tyrum non nisi agrè Alexander occupavit. — Frustra Noemus homines ad pœnitentiam hortatus est; eo pejores evaserunt. — Sancta Thais multa oratione, multisque lacrymis ac gemitibus peccatorum suorum veniam a Deo impetravit. — Multi nullo modo oratores evadere possunt. — Non tibi amico opus est, de cujus fide-

litate dubites. — Judæi, quibus diram mortem Holophernes minabatur, multo clamore multoque fletu defatigati tacuerunt. — Licet Titus Judæos ad deditionem incitaret, in sua tamen perstabant perveracia. — Satanas, sanctum virum Jobum a capite ad calcem frustra percussit, ejus constantiam vincere non potuit. — Quam multi magno præmio sollicitati officio suo desunt. — Quæ his ultimis diebus acta sint, ea te cognoscere arbitror. — Sunt qui minimè apti sint ad jocandum. — Doctrinam multum laborando (ou multo labore) comparabis. — Deorum, ut ait Plato, donum est philosophia.

Thème 174.

220. — Rex Pharaon omnes Egypti hariolos frustra consuluit; nullus duo ejus somnia potuit interpretari. — Annibal, novem annos natus, multis precibus et blanditiis a patre suo Amilcare obtinuit ut in Hispaniam ipsum comitaretur. — Est sapientis potius honores non appetere quam contemnere. — Lupa, ut fertur, Romulo et Remo pro nutrice fuit. — Quamvis Parmenionis epistolâ Alexander admonitus esset ut a Philippo medico suo caveret, rex tamen medicamentum sibi ab eo paratum haurire non dubitavit. — Imperator Augustus Cinnam ad officium beneficiis cumulatis revocavit. — Polliceor me tibi eras satisfactorum. — Adeo parum modestus erat Pindarus poeta, ut se divinam Jovis avem, in quam frustra crociabant corvi, nominaret. — Jugurtha, sæpe obviam eundo periculis, in magnam claritudinem brevi pervenerat. — Fac nos quam diligentissime certiores quid acturus sis. — Hispaniæ legati de magistratum romanorum avaritia superbiaque conquestum Romam venerunt.

Thème 175.

220^o-1. — Cum Gallo statura armisque conspicuo manus conseruit Valerius Corvinus: haud te latet uter utri

caput præciderit. — De Jesu Christo dissimillime loquebantur Judæi; alii dicebant: Propheta est, alii contra: Iste populum seducit. — De Coriolani interitu inter se dissident historici: alii alio modo illum obiisse narrant. — Joannes Jacobus Voltariusque eodem sæculo vixerunt, neuter alterum diligebat. — Pœnis dixit Fabius: Pacem bellumque ad vos affero; alterutrum eligit. — Philippus, Alexandri pater, cunctos Græciæ populos, singulos aggrediendo, in servitutem redegit. — De imperio inter se decertant duo fratres: uter ab Annibale electus fuerit, pro Allobrogum rege habebitur. — Inter Ecclesiæ doctores, nonnullos eloquentissimos reperies: is fuit sanctus Chrysostomus. — Titum omnes Romani luxerunt: quis hujusmodi principem non desiderasset. — Anaxarchus, ut ferunt, sibi ipse dentibus linguam præcidit. — Inter mulieris adulteræ delatores, ne unus quidem in illam primum lapidem jacere ausus est. — Haud ægrè flectitur arbor tenera: item et puer. — Ineunte vere in Asiam Alexander profectus est. — Immisericors dives in inferis eruciatur: non quod alienum rapuerit; sed quod pauperum non misertus est. — Omnes sanctos perterruit paucitas electorum.

Thème 176.

220. — Illud Annibalem gravissime punxit, quod Capuam secum fœderatam a Romanis obsessam videret. — Non possum non mirari Cæsaris suos in hostes clementiam. — Jesu Christo Barabbam præponit, qui mavult suis cupiditatibus quam Evangelio obtemperare. — Quidam pontificis minister Jesu Christo dicere ausus est: Siccine summo sacerdoti respondes? — Duobus Pharaonis præfectis dissimillime obtigit: unus pristinum in gradum restitutus est, alter vero ad patibulum fuit affixus. — Post pugnam ad Trasimenum lacum fere decies mille Romani, stragis superstites, alii alia via Romam confugerunt. — Artaxerxis mater erat Parysatis, hujusque regis uxor

Statira : utraque tamen alteram execrabatur. — Decreto in Siciliam bello, e portu naves singulæ progressæ sunt. — Regem populi sui amantissimum miramur: talis fuit Henricus quartus, rex Galliaë. — Nobis perpetuo insidiantur dæmones: quis istiusmodi adversarios non reformidet? — Attila, Hunnorum rex, se ipse Dei Flagellum vocabat. — Immisericors dives qui Lazarum vel micis mensæ suæ defraudavit, ne guttulam quidem aquæ impetrabit, ut suam linguam refrigeret. — Jesu Christi doctrinam Judæi, imo et falsorum numinum cultores mirati sunt. — Davidem acerbè oderat Saul: non item Jonathas.

Thème 177.

220. — Non exercitus neque thesauri præsidia regni sunt, verum amici. — Proh! Besse perfide, tu catenis Darium oneras: hocine est benefactorum ejus pretium. — Deus suos castigat filios: non quin illos diligit, sed quod illos se dignos vult efficere. — Hoc agere studeo, ut me quotidie meliorem faciam. — Non perdit, sed lucrum facit, qui opitulando pauperibus, Jesu Christo largitur. — Si te solum fugit uter utri parere debeat, aiebat ferociter Dario Alexander, hoc tibi aperiet prælium. Athenienses indulgenter habuit Philippus; haud item Romanos, quorum principes morte alii, alii exilio mulctati sunt. — Philippus, adæquatis solo Phocæorum urbibus, cives alios in alium pagum transtulit. — Nemo terrestri et cælesti frui potest beatitudine: alterutra abjicienda est. — Unus ex Horatiis cernens suos fratres a Curiatiis occisos, suos tres adversarios seorsim aggressus est; illosque singulos interfecit. — Duos infantes pariet Rebecca: uter prior in lucem editus fuerit, suam ætatis prerogativam amittet. Pyrrhus in prælii campo stratos videns romanos milites exclamavit: Cum hujusmodi viris ego mox orbem totum subegissem. — Charondas, ne a se latas leges infringeret, se ipse suo gladio transfodit.

Thème 178.

II. — 1^o-3^o. — Ne putemus Deum, qui nos sine nobis creavit, velle nos sine nobis salvos facere. — Tuares agitur, cum vicini tui domus ardet. — Jesus Christus Judæ pedes abluit, etsi in eo erat ut ab isto perfido traderetur. — Gallus arrogans qui Romanorum fortissimum ad pugnam provocare ausus fuerat, a Manlio Torquato devictus est. — Catoni nihil antiquius erat quam ut Carthago subverteretur. — Samson funes quibus ligatus fuerat haud ægrè rupit. — Tobiaë accidit ut amitteret visum; at illi deinde contigit ut eum recuperaret. — Quidam sibi sumunt ut semper rectè sentiant. — Xerxes in Græciam ingentes, ne dicam, innumeras copias duxit. — Sanctus Clodoaldus, Metensis episcopus, liberalis in pauperes, ne dicam, prodigus erat. — Duobus modis, id est, vi et fraude fit injuria. — Quamvis manus sibi laverit Pilatus, non ideo insons fuit. — Tandem conticuit.

Thème 179.

1^o-3^o. — Ne existimet Xerxes Græcos sibi facile victoriam esse cessuros. — Mox supremum spiritum emissurus erat Jesus Christus, cum uni e latronibus dixit: Hodie mecum eris in paradiso. — In eo erat ut Syracusæ Atheniensibus se dederent, cum peropportunè advenit Gylippus ipsis opem ferens. — Primum mihi indica quo voceris nomine, et in quâ regione natus sis. — Viris bonis favemus, etiamsi in nos improborum iras simus incitaturi. — Quando salus æterna agitur, ad omnia patienda debemus esse parati. — Cum a Tito obsideretur Hierosolyma, mater infantem suum edere sustinuit. — Judæi Babylonem abductis, nihil antiquius erat quam ut Hierosolymam repeterent. — Hæcce verba: *Veni, vidi, vici*, probant a Cæsare haud ægrè devictum fuisse Pharnacem, Mithridatis filium qui rebellaverat. — Aiunt imperatorem Vespasianum parcam, ne dicam avarum, fuisse. — Alexandro contigit ut omnes hostes suos devinceret, at

illi accidit ut vitis domaretur.— Oratoris mores effingit, ut ita dicam, oratio.

Thème 180.

1^o-3^o. — Coriolanum filium suum interrogavit Veturia quomodo solum natale, quod ipsum aluerat, depopulari sustinisset. — Ne putet Nero Romanos ipsi vitam non adepturos, quod sese peritum musicum existimet. — Saul, cum jam in eo esset ut ab hostibus comprehenderetur, suo armigero dixit: Ensem tuum ut me transigas dstringe. — Plato, jamjam moriturus, sibi gratulabatur quod eâ quâ vivebat Socrates ætate natus esset. — Nunquam verecundiores esse debemus, quam cum de Deo sermo agitur. — Nostri primo pulsî; mox autem redintegrato prælio tandem victores evaserunt. — Socrati cura erat hominum utilitas. — Magnates se eodem, quo cæteros, luto fictos agrè existimant. — Imperatori Constantino contigit ut veram religionem cognosceret et amplecteretur; illi vero ut ab Arianis in fraudem illiceretur accidit. — Nonne venia dignus, ne dicam insons, videbatur Jonathas qui sui patris jusjurandum nesciebat. — Nemo sibi sumere potest ut cæteris se præstare putet. — Optimum est, ne quid inepte dicas, silere.

Thème 181.

4^o-5^o. — Scytharum legati Alexandro dixerunt: Quid nobis tecum est? — Ex ardenti sancti Victoris studio cognoverunt falsorum numinum cultores hunc generosum militem christianam fidem profiteri. — Chusai operam dedit ut quidquid in Absalonis consilio dictum fuerat, David per Domini sacerdotes cognosceret. — Philistei apprehensum Samsonem incluserunt carcere, illumque pistrini molam versare coegerunt. — Animam modo efflaverat Darius, cum adveniens Alexander corpus illius suâ chlamyde contexit. — Iniqui perpetuo ululabant in inferis, sancti autem in cælo Deum semper collaudabant.

— In gratiam rediit Pilatus cum Herode ad quem Jesum miserat. — Abdalonymi responsum præclaram de ejus virtute existimationem concitavit. — Barabbamne, interfectorem istum, istum latronem, Jesu Christo antepositum fuisse! — Multum abfuit ut homines post diluvium meliores quam antea evaderent. — Parum abfuit quin Marci Aurelii exercitus in Germania siti interiret. — Parum abfuit quin Alcibiades in quo dormiebat cubiculo vivus combureretur. — Tantum abest ut nos pauperiores efficiat eleemosyna, ut contra nos divitiis augeat.

Thème 182.

4^o-5^o. — Operam dedit sancta Margarita, Scotiae regina, ut suorum liberorum menti virtutis amor vitique odium maturè injicerentur. — Ex litteris ad Tarquinium scriptis perspicuè cognoverunt consules conjurationem quam nonnulli juvenes romani illius gratia conflaverant. — Marius Jugurtham catenis vinctum in obscurum cœnosumque carcerem includi jussit. — Alexander in amnem Cydnum vix ingressus erat cum subito horrore artus ejus rigere cœperunt. — Falsa Tiberii modestia primùm in spem adduxerat Romanos se suam pristinam libertatem esse recuperaturos. — Sanctus Joannes, jam senex, has perpetuo iterabat voces: Filioli mei, diligite invicem; hoc est enim, aiebat, præceptum Domini. — Demosthenes primo bonam de sua eloquentia spem non concitavit; sed postea audientiam sibi fecit. — Octavius consulatum extorsit. — Mortem adeo non fugiebat Jesus Christus, ut contra quærentibus se militibus sese obvium dederit. — Parum abfuit quin poeta Horatius arbore obtereretur. — Multum aberat ut, regnante posteriore Artaxerxe, rege Persarum, iidem essent Græci qui regnante priore.

Thème 183.

4^o-5^o. — Dedit operam Jonathas ut sciret David Saullem vi apertâ ipsum persequendi consilium iniisse. —

Ex epistola quam ad Aristotelem Philippus de sui filii ortu scripsit, cognoscimus quanti viros doctos faceret. — Artemisia Mausolo viro suo magnificum strui jussit tumulum, qui inter septem orbis miracula habebatur. — Veturia filium suum Coriolanum impulit ut a Romæ igni et ferro vastandæ consilio desisteret. — Sanctus Leo martyr judici dixit: Quos mihi minaris cruciatus, si nequiquam sententiam mutare me cogent. — Persæ ab urbe Tarso cui subjecerant ignem modo profecti erant, cum eo advenit Parmenio, ut incendium inhiberet. — Procul dubio de imperio romano actum erat, si Asdrubal se cum Annibale fratre jungere potuisset. — Falso putaverat Philotas se cum Alexandro in gratiam rediisse. — Dictaturam Sylla extorsit. — Nerô in desperationem adductus exclamabat: Musicumne adeo peritum perire! — Longe aberat ut apostoli, qui Jesum Christum viventem deseruerant, ejusdem mortui corpus auferrent. — Parum absuit quin interficeretur imperator Adrianus a quodam furibundo qui in ipsum stricto gladio irruit. — Lycurgi, Catonis multorumque aliorum mortem adeo ego non demiror, ut contra superbiæ necnon et ignaviæ istos arguam.

Thème 184.

6°-9°. — O Israelitæ, cur vos contremiscitis Pharaonis exercitum aspicientes? vestra causâ (ou pro vobis) profecto pugnabit Dominus. — Militibus dixit Judas perlitus: Curate ut quem ego osculatus fuero, hunc vos apprehendatis. — Egregia Miltiadis facinora Themistoclem dormire non sinebant. — Socrates, quamvis naturâ iræ impotens, summæ tamen moderationis exempla præbuit. — Cum arcam edificaret Noëmus, edebant bibebantque homines, nec de diluvio cogitabant. — Tobias ejusque uxor, suum videntes filium, præ gaudio flere cœperunt. — Fornacis flamma ad id tantum valuit ut Danielis comitum vincula rumperet. — Cæsar moderatè usus est

victoriâ, atque iis omnibus qui in se arma sumpserant ignovit. — Sancto Ignatio Antiochensi nihil longius erat quam ut a feris voraretur. — Operæ pretium est hanc rem attendere. — Est operæ pretium ut majorum mores cognoscamus. — Alexander videns Cliti corpus quod hastâ modo transfixerat, istâ se ipse volebat transfigere. — Senatus imperatori Alexandro dicebat: Si forte tu Christo templum struxeris, omnia nostrorum deorum templa mox clauentur. — Juvat nos virtute vitium superari.

Thème 185.

6°-9°. — Sivit Jesus Christus se a militibus quos humi prostraverat apprehendi ac vinciri. — Jugurtha, quamvis sibi ætate æqualibus multo præstaret, ab illis tamen diligebatur. — O Jacobe, Esauum fratrem tuum ne formides: hunc Deus tui protector profecto placatum efficiet. — Jacobus jamjam moriturus suo filio Josepho dixit: Memento ut ex Ægypto in majorum meorum tumulum corpus meum transferas. — Annibali de re militari præcepta dare volebat Phormio. — Perterriti Ægyptii retrogradi cœpere, atque hausti sunt fluctibus. — Pilati conatus ut Jesum liberaret, inimicorum ejus rabiem magis exasperaverunt. — In agro Falerno Annibalem Fabius incluserat; at Pœnus callidus absque ullo detrimento se expedivit. — Græcis, qui a Cyro juniore steterant, nihil longius erat quam ut suam attingerent patriam. — Haud operæ pretium est ut rebus terrestribus studeas. — Vir verè christianus existimat sibi operæ pretium esse cruciari et emori, ne fidem prodat. — Brutus sibi timens sui fratris a Tarquinio Superbo modo interfecti sortem, stultitiam fingere non dubitavit. — Nicias timebat ne pejora in Athenienses incurrerent. — Donec eris felix, ait Ovidius, multos numerabis amicos; at si quid adversi expertus fueris, te isti derelinquent (ou solus eris).

Thème 186.

6^o-9^o. — Arabat Quintus Cincinnatus, cum se dictatorem dictum fuisse certior factus est. — Pharaon monitus Israelitas fugisse, suis cunctis copiis illos persequi coepit. — Cur timent Israelitæ ne in deserto fame intereant? Qui illos ex Ægypto eduxit Deus, is eos profecto enutriet. — Sancta Monica mox moritura, suis dixit filiis: Corpus meum ubi placebit deponite; mementote autem ut Jesu Christo animam meam commendetis. — Adonias illiusque fautores stupentes audierunt Salomonem Davidis jussu regem modo unctum fuisse, illumque jam in solio sedere. — Si Germani, dicebant Romani post Varii cladem, in Romam procedant, de nobis actum est. — In theatro, quod non dignum est ut dicatur, canitur. — Opera pretium est juris naturam cognoscere. — Non sivit rex Agesilaus, sui effigiem, dum viveret, exprimi. — Seythæ, quamvis Macedonibus tum virtute tum numero præstarent, Philippi tamen astu devicti sunt. — Omnes suos medicos dimisit imperator Adrianus, dicens medicamenta ad id tantum valere ut sui dolores auferentur. — Optime diserevit Salomon ultra mater esset infantis de quo inter se ambæ mulieres contendebant. — Jesu Christo nihil longius erat quam ut calicem a Patre sibi paratum potaret. — Num hodie bonum duces quod heri malum? — Inter se contendebant uter moriturus esset.

Thème 187.

III. — 1^o-6^o. — O Athenienses, aiebat Isocrates, quia vobis prospere succedunt omnia, censetis nihil esse quod timeatis; ego autem longe aliter sentio. — Omnia per aquas aspicienti majora videntur. — Ut verum dicam, egregiis dotibus Alcibiades eminebat; sed, ne mentiar, vel majoribus inficiebatur vitiis. — Ab Alexandro, Pyrrhus Annibali imperatorum maximus videbatur. — Themistocles Xerxi nuntium, inscientibus Græcis, immisit. — Cunctis ex animalibus quæ colebant Ægyptii, cele-

berimum erat bos Apis. — Judice Maharbale, optime egisset Annibal, si confestim a pugna Cannensi in Romam processisset. — In pugna apud Cannas, multum sanguinis effusum est, cum quadraginta millia peditum, et duo millia septingenti equites cæsi sint. — Inter Ciceronis opera unum est cui titulus: De senectute. — Ad reipublicæ munera Epaminondas semper invitus promotus est. — Milites a Salomone missi invitum Adoniam ab altari amoverunt. — Non veritus est Zoilus Homeri opera vellicare, quamvis poeta ille jure ac merito celeberrimi esset nominis. — Alexander, pro sua fortitudine, nullum periculum formidabat.

Thème 188.

1^o-6^o. — Josephus et Maria valdè solliciti erant de Jesu, qui, ipsis insciis, Hierosolymæ manserat. — Si nonnullis historicis fides adhibenda sit, oculos sibi effodit Democritus, quo altius philosophiæ studium hauriret. — Ut mihi videtur, de rebus non rectè judicas. — Ut ingenue loquar, mihi admirationem movet Alexandri erga Darii matrem atque conjugem agendi ratio. — Adolescentes, nihil agite, insciis parentibus. — O nos fortunatos, si hæc in vita lugeamus, ne in altera æternis ploratus addicamur. — Ciceroni perdifficilis videbatur quæstio de Dei natura. — Secundum Pharaonem, Josephus vir erat totius Ægypti potentissimus. — Mortuo Moyse, Josuæ Israelitæ dixerunt: Ut cum Moyse fuit, sic tecum sit Dominus! — Absit ut gratiam Dei, cupiditatibus indulgendo, amittamus! — Fabius pro sua prudentia ab Annibale vinci non potuit. — Urbs Tyrus, quamvis septem menses acriter restitisset, ab Alexandro, cui portas suas clauserat, expugnata est. — Sylla invitus accipiebat beneficia: quæ celerius quam si pecuniam commodatam habuisset referebat.

Thème 189.

1^o-6^o. — Si Xenophontis stamus iudicio, a Cyro Magno Cyrus Junior princeps erat dignissimus qui imperaret. — Si Darius, inquiebat Alexander, primus a me esse vellet, forsitan ego illi aures præberem. — Populi Græci, singulos si intuearis, idonei profecto erant qui conjunctis viribus Persis resisterent. — Sæpe homines quasi inscii cupiditatibus impelluntur. — Fortunæ levitatem attendenti liquet nihil esse in rebus humanis nisi caducum. — Cùm Augusti titulum accepit Vitellius dixit: Invitus accipio; sed, ut vera dicam, illum primùm solummodo ficta modestia deprecatus erat. — Ex tot millibus militum quibus præerat Agesilaus, nulli erat culecita straminea durior illà cui ipse incubabat. — Apud Græcos, et præsertim apud Lacedæmonios, nihil militi magis probrosum erat quam si absque suo clypeo e prælio reverteretur. — Pro sua æquitate, Aristides Themistoclis consilio acquiescere non potuit. — Cum Perseus confugisset in templum ubi delitescobat, invitum illinc abreptum milites romani, ad consulem cum filio suo natu maximo perduxerunt. — Quamvis fames alias regiones vastaret, affatim semper fuit Egyptiis unde viverent, imo unde aliis subvenirent gentibus.

Thème 190.

7^o-9^o. — Infelix Samson, quamvis pluries tua vincula fregeris, non ideo ista semper dirumpes. Moyses ejusque frater in terram promissam non intrarunt, eo quod coram populo laudem Deo non tribuissent. — Si vel minimum Jesu Christo dederimus, egenis opitulando, amplissimam mercedem accipiemus. — Deus Moysi respondit: Si quis in me peccaverit, istum e libro vite eradam; tu vero, procede, et quo jussi hunc deduc populum. — Caligula Agrippæ auream catenam muneri, dedit, loco ferreæ quâ vincetus fuerat. — Philippus erat

ut temporibus illis, græcis doctrinis institutus. — Valerius Publicola et Menenius Agrippa, ut multos alios Romanos omittam, in tanta paupertate decesserunt, ut sumptu publico sepulti fuerint. — Parum abfuit quin Susanna, quamvis omnino innocens esset, lapidibus a populo obrueretur. — O peccatores, Jesus Christus Lazarum non sine lacrymis et fremitu ad vitam revocavit! — Scipio Pœnorum speculatores incolumes dimisit. — Socrates cicutam jussus bibere, ne mutato quidem vultu pateram sumpsit. — Ut leones fortitudine, ita vulpes dolis cæteris animalibus præstant. — Tobie ejusque filio dixit angelus: Ad eum qui misit me mihi redeundum est; vos vero laudate Dominum ejusque mirabilia opera enarrate.

Thème 191.

7^o-9^o. — Duo et quadraginta pueri a duobus ursis vorati sunt, quia prophetam Elisæum irriserant. — Regnante Ezechia, Assyriorum rex urbi Hierosolymæ universum minatus est excidium, si vel minimum incolæ ejus sui deditionem differrent. — Saul, quamvis a Deo vocatus fuisset, non continuo præstans rex exstitit. — Divitias magni faciunt gentiles; nostrâ vero qui sumus christiani magni refert ut istas despiciamus. — Capuanus senatus cum Romanis, plebs vero cum Annibale stabat. — Esther pro unguentis pulvere ac cinere sibi caput conspersit. — Ut est ignavi periculum fugere, ita fortis viri, si necesse sit, contemnere. — Omisso Stangoro, Indiarum rege, quot alii reges Romam se contulerunt, ut imperatori Antonino reverentiam adhiberent. — Daemonem, si vel minimum sinas accedere, arcere arduum est. — Imperator Trajanus, quamvis litteris nunquam vacavisset, litteratos tamen viros amabat atque æstimabat. — Moyses, hominum mitissimus, fratris sororisque sermones æquo animo toleravit. — Antiochus, licet victus a Scipione Africano, suum ei filium

incolumen remisit. — Agis, indictâ causâ, ab Ephoris capite damnatus est.

Thème 192.

7^o-9^o. — In quadam legi fabula simium pro novacula rubiginoso cultro usum fuisse, ut Rodilardi barbam abraderet. — Quamvis christianis pepercerit Commodus, non continuo iste Marco Aurelio qui prius illos persecutus fuerat, melior exstitit. — Parum abfuit quin Caracalla, sui fratris Getæ interfector, matrem suam aliquotque feminas interficeret, quod illacrymatæ fuisset. — Urbs Astapa partis Carthaginensium semper fuerat. — Si vel minimum Germaniæ legionibus Germanicus assentiri voluisset, de solio dejectus fuisset Tiberius. — Rex Babylonis duos regis Sedeciæ filios occidit, ipsi autem effodi jussit oculos, eumque vinctum Babylonem abduxit. — Egroti corpus incidit atque urit chirurgus, quamvis illi neutiquam iratus sit: item agunt animæ medici. — Quem adorabant Babylonii draconem, istum Daniel sine baculo interemit. — Intravit Moyses in nubem, in quâ quadraginta dies noctesque quadraginta, neque manducans neque bibens exegit. — Salvâ veritate dici potest Demosthenem peritiorem dicendi ad populum quam regendi exercitum fuisse. — Quemadmodum temperantia omnes sedat appetitus, sic intemperantia animum conturbat et incitat. Si vel minimum irâ promovebatur Augustus, viginti quatuor græcas litteras recitabat.

Thème 193.

Reperiesne ita stultum hominem qui sua vita emat imperium? At quam multos videas falso sapientes qui iuani voluptati, paucis nummis aut agri glebæ suam salutem, id est vitam beatam et æternam, postponant. — Solus Deus ego sum, dicit Dominus; nullum alium præ-

ter me adorabitis. — Fatentur omnes historici Alexandrum Severum, romanum imperatorem, pium, æquum et ad mansuetudinem et clementiam propensum fuisse. — Plurima monumenta testantur quàm Egyptii architecturæ, picturæ, sculpturæ cæterarumque artium fuerint studiosi. — Philippus divitias colligendi quam servandi peritiorem sese exhibebat; idcirco narrant illum, quamvis assiduo latrocinaretur, pauperem semper extitisse. — Mihi dubium est an (*ou nûm*) unquam aliquis asperimas anni tempestates tolerare magis assuetus fuerit quam Agesilæus, rex Lacedæmoniorum. — Dionysius Junior ad bonum virtutemque propensus videbatur, nedum naturâ improbus exstiterit. — David coram arca diu stetit, Dei benignitatem miratus (*ou mirabundus*) qui sibi jam tot beneficiis cumulado tanta in posterum promittebat.

Thème 194.

Cum magni regis Persarum, præsentis Agesilao, nonnulli jactarent potentiam: Non intelligo, exclamavit ille, quomodo major me sit, nisi majori sit virtute præditus. — Socrates suæ uxoris morositatem tolerando, illos imitabatur equitandi magistros, qui equum domitu difficilimum eligunt, quo facilius flectant cæteros. — Nescio nûm imperator Severus amicus generosior ac constanter quam violentior et formidabilior adversarius fuerit. Manasses se magis pium desistente quam ineunte regno præstitit. — Elephas, licet corporis mole extra modum ponderosus, præditus est docilitate et industria quæ percipi nequeunt. — Quidam asserunt pejori veneno infecta esse nonnullorum recentium poetarum quam poetarum ethnicorum opera. — Alexandrum mox pœnituit quod Persepolim, urbem Persiæ opulentissimam, incendisset; ignis, quamvis ille jussisset, exstingui non potuit. — Unus ex tribus scelestis qui sanctum episcopum Narcissum fuerant calumniati, sua cum familia crematus est; secundus correptus est lepra quæ ipsum celeriter corrosit;

tertius autem adeo acerbè suum deflevit scelus ut oculos perdidit. — Ad Catilinam qui suam in patriam juraverat, scelestissimus quisque; ad Ciceronem vero optimus quisque se adjunxit.

Thème 195.

Athenienses, iudice Demosthene, peritius quam Philippus loquebantur; at Philippus prudentius quam Athenienses agebat. — Nisus, cum videret Euryalum jamjam trucidatum iri: O Rutuli, exclamavit, ille nihil fecit, egomet telum intorsi: innocens ille est, nocensego solus. — Ezechia regi dixit Isaias: Aderit dies cum quidquid divitiarum tu patresque tui conguessistis, Babylonem transferetur. — Ad Moysen properavit populus dicens: Nos peccavimus; Dominum obsecra ut, quos adversus nos misit serpentes, ab iis nos liberet. — Attila, postquam urbes Galliae validissimas depopulatus est, a Romanis et Gallis profligatus est, voluitque ut sanctus Lupus, cuius venerabatur virtutem, reliquas suas copias ad Rhenum comitaretur. — Sanctus Xistus, cum ad supplicium duceretur, sancto Laurentio, solandi gratia, dixit: Non te desero, fili; clarius te manet certamen: post triduum tu me sequeris. — Aristophanes poeta, ne diis quidem parcebat, nedum clarissimis Athenarum viris indulgeret. — O divites, utinam intelligatis quantum pauperes sublevare vobis expediat! — Tyriis adeo iratus erat Alexander, ut secundum maris litus duo hominum millia crucifigi jussit. — Illud imperatori Tito summæ est gloriæ, quod mortuus etiam magis quam vivus collaudatus fuit (*ou fuerit*).

Thème 196.

Delphis ultro obiit Lycurgus, quia omni cibo abstinerat. — Xerxis milites, cum post Salaminium proelium fugissent, herbis, imo foliis arborumque corticibus vesci coacti fuerunt. — Promisit Jesus Christus se iis qui

pauperum miserti fuerint sedem in suo regno esse concessurum. — Indigne ferebat Alexander quod duntaxat vicisset Darium ut ejus imperium perfido Besso traderet. — Licet Adamo et Evæ mortem minatus esset Deus, si de fructu quo illis interdixerat ederent, affirmare ausus est Satanas illos nequaquam esse morituros. — Regnante Vitellio, festa et convivia una erant via quæ ad dignitates deduceret. — Samson in suam perniciem suæ uxori indicavit arcanum, quod suum patrem et matrem celaverat. — Annibal ad Carthaginienses misit tres modios annulorum quos sui milites ex digito equitum romanorum in pugna Cannensi occisorum detraxerant. — Heraclites et Theodotes, cum novissent quanta esset Dionis clementia, ab illo veniam petere non dubitaverunt, quamvis essent indigni qui illam impetrarent a viro in quem conjuraverant. — Cleanthes suo philosophiæ amore eminuit; namque ille, ut dicentem Zenonem interdium audiret, noctem consumebat hauriendo aquam e puteo, ut victum sibi compararet.

Thème 197.

David regi Sauli dixit: Mihi non dubium est quin Dominus, qui a leonis fauce et ursi unguibus me liberavit, e Philistæi manu quoque sit me liberaturus. — Sanctus Ludovicus sibi majori ducobat gloriæ quod Pisciaci sacro fonte ablutus fuisset, quam quod Rhemis insigni regio fuisset evinctus. — Ferunt Cleontem, sicuti plurimos alios, melius lingua quam gladio uti solitum fuisse. — Cur tui mariti fugam me non edocuisti, dicebat Dionysius suæ sorori Thestæ, Dionis uxori? Respondit illa: Quia meus maritus meipsam hoc celavit. — Sanctus præsul Flavianus Theodosium tantâ facundia allocutus est, ut Antiochenis veniam ab illo imperatore obtinuerit. — Sanctus Germanus, cum adhuc laicus, aliquam feram venando prehenderat, caput ejus e piro in media urbe Antissiodoro suspendebat, ut eum strenuum venatorem

esse omnes cernerent. — Tyrii, ab Alexandro obsessi incensa arena aëros implebant clypeos quos rubentes igne extractos a summo muro in hostes velociter projiciebant. — Statim ut admonitus fuit Alexander de conspiratione in se a Dymno pluribusque aliis conflata, satellites misit qui Dymnum comprehenderent. — Jesus Christus suos apostolos unum monuit, nempe se ab uno ex illis traditum iri.

Thème 198.

Ad clementiam adeo propensus erat Titus imperator, ut nullum unquam e sibi subditis capite damnare statuerit. — Illud Alexandro magno honori est, quod Darii sui hostis matrem, conjugem et filias beneficiis cumulavit. — Philotas argutus, forsitan injuriâ, conspirationem in Alexandrum conflavisse, lapidibus trucidari jussus est. — Thebe cupida fuit habendi sermonem cum Pelopida, Thebanorum duce, quem Alexander, suus maritus, teterima proditione captivum fecerat. — Hæc a Deo Jeroboami uxori nuntiavit propheta : Ego Jeroboami domum eradicabo : qui in urbe morientur, illi a canibus ; qui vero in agris, illi a cœli volueribus vorabuntur. — Munita erat urbs Tyrus valido muro centum et quinquaginta pedes alto, quem maris fluctus alluebant. — Nonne mihi est dubitandi locus quin Draconis lex quæ civem desidiæ convictum capite damnabat, plerisque juvenibus probetur ? — Catenis ferreis vincitur, et cum belluis agrorum herbam depascat. Hæc audivit verba rex Nabuchodonosor, ad se ista attinere nescius. — Thebanos poenitere debuit quod exercitus imperium Epaminondæ abrogavissent, ut idem Jaci bellicæ artis parum perito tribuerent.

Thème 199.

Imperatorem Adrianum tæsum est venationis quâ juvenis valde delectatus fuerat. — Quamvis totius Græciæ interesset ut urbi Olyntho a Philippo obsessæ venirent sup-

petias, soli Athenienses illi copias miserunt. — Terrarum orbis, inquiebat Alexander, neque duos soles neque duos pati potest dominos : Darii est perpendere utrûm sibi hodie in deditioem venire, an cras dimicare libeat. — Ad bonam Alexandri existimationem magni interest ut attendamus quomodo post pugnam apud Issum usus fuerit victoria ; merito affirmari potest nunquam illum majorem quam id temporis se præstitisse. — Persuasum erat Aristidi suum esse patriæ suæ operam, nullo expectato præmio, navare. — Sancta Marcella necnon sancta Paula, etsi admodum delicatè educatæ fuerant, sibi tamen, prior carne, vino posterior, interdixerunt. — Ægrè ferens Maharbal quod Annibal, post Cannense prælium, rectâ Romam non pergeret, non potuit quin illi diceret : Scis vincere, Annibal, sed uti nescis victoria. — Inter se belligerabant Cæsar et Pompeius ; merito censebat Cicero utriusque illorum interesse ut inter se amice et conjunctissimè viverent. — Mihi affatim divitiarum est, aiebat Cyrus suis aulicis ; vobis vero persuasum esto haud minus vestras illas esse quam meas.

Thème 200.

Samson a petendo virginis Philistinæ conjugio redibat, cum vidit ad se accurrentem furibundum frementemque leonem, quem veluti hædum discersit. — Cum omnes Annabilem ad configendum cum Scipione hortarentur, solus ipse de pace conficienda cogitabat. — Quantam in merendis summis honoribus, tantam in istis repudiandis animi magnitudinem præstitit Scipio Africanus. — Sanctus Paulus, sanctus Franciscus Xaverius, multique alii neque itinera formidabant neque labores, dum populos Christi jugo subjiciendos videbant. — Rex Assuerus, ut Estherem, nullatenus vocatam, ad se venientem vidit, primo vehementius irâ exarsit. Heliodorus, cum Hierosolymam reverti nollet, dixit regi : Eo mitte quem voles : at non arbitror illum inde rediturum. — Sensim decepti sunt

Lacedæmoni auri et argenti fulgore, quæ noxia habebat Lycurgus et quibus illis interdixerat. — Josaphatus cum suum exercitum videret siti in solitudine jamjam interiturum, quæsiuit nullusne ibi esset propheta, per quem possent Domini misericordiam implorare. — Argumento est Salomonis exemplum nihil virtuti magis contrarium esse quam voluptatem: isti enim postquam se deditit hic princeps, brevi sapientiam amisit. — Romani in angustiis deprehensi sub jugum per vim missi sunt: refert Titus Livius quomodo res se habuerit.

Thème 201.

Quærit Valerius utri potius gratulandum sit, Alexandrone qui de Ephæstione dixit: Hic alter ego est, an Ephæstioni cui contigit ut hæc verba proferentem Alexandrum audiret. — Cuiam oratori plures perumpendæ fuerunt difficultates quam Demostheni, qui postea Philippo adeo formidandus evasit? — Quanto mœrore oppressa est Sisygambis, cum audivit de morte Alexandri, quem ut suum habebat filium, quique ipsam, matris suæ instar, venerabatur ac diligebat. — Adeptus estne regnum, mortuo Tito, Domitianus? Adeptus est — Numquid fratrem suum qui Romanorum benevolentiam sibi conciliaverat, imitatus est? Non imitatus est. — Imperator Titus, cum diem egerat de nullo bene meritis, putabat se diem perdidisse. — Cædendo hosti adeo dediti erant Carthaginenses ut trucidare non desierint, donec Annibal sæpius clamavit: Pugna absiste, miles, parce victo. — O Judæi, Dei vestri interlectores, ne dubitetis quin vestram urbem, quam obsident, funditus eversuri sint Romani. — Sancta Pomposa (in) monasterio incausa, evasit, ubi se dedit occasio, Cordubamque petiit, martyrum coronam acceptura. — Josephus suos fratres amicè salutatos interrogavit num adhuc viveret ipsorum pater, et quomodo valeret. — Athenienses, mulctatis morte aut exilio Socratis accusatoribus, statuam æream huic erigi jusserunt.

Thème 202.

Inter templa splendida quæ ædificanda Amasis curavit, sacellum imprimis uno constans saxo quod extrinsecus unum et triginta cubitos longum, latum quatuordecim, octoque altum erat, omnes mirabantur. — Cuidam Socratem interrogantissetne felix habendus rex Persarum: Id me latet, respondit philosophus, quia num justus ille sit nescio. — Alveus qui mare Rubrum olim in Mediterraneo mare influebat centum et quinquaginta leucis longior erat. — Ea erat Cynegiri, Atheniensis militis, fortitudo, ut amputatis ipsi singulis manibus, navem tamen dentibus detinuerit. — Parum absuit quin Alexandri milites in arenosis Libyæ solitudinibus siti interirent, cum hic princeps illos in templum Jovis Ammonis duxit. — Alexander, ut Porum in errorem induceret, cum trahendus fuit Hydaspes, jussit toga regia indui Attalum, sibi ætate æqualem, staturaque et vultu haud multum dissimilem. — Jugurtham ita occupaverat pavor ut vel minimo strepitu audito cunctis contremisceret artubus, noctuque alio atque alio in loco requiesceret. — Cum Alexandro suaderet Parmenio ut noctu hostes aggrediretur: Ego non is sum, respondit ille, qui victoriam subripiam; ad mei autem nominis gloriam interest ut luce palam dimicem ac vincam.

Thème 203.

Philippus juxta jugulum vulnus exceperat: cum ab illo suus chirurgus aliquid beneficii peteret: Quidquid voles tolle, ait ei rex ille facetiarum amans, jugulo enim tu me tenes. — Lysander, dux Lacedæmonius, Atheniensium classem ex improvise adortus, quod viginti septem annos arserat bellum unam intra horam delevit. — Ne miremur quod Annibal, Carthagine avaritiæ, et Romæ crudelitatis insimulatus fuerit. Dubitari non potest quin ipsi utraque in civitate permulti adversa-

ti sint. — Cùm die quadam quæreret Scipio Nasica nùm domi esset Ennius poeta, cui erat per familiaris, respondit famula hunc domi non esse; postea Nasica amico suo par pari retulit. — Ut primùm ex Sicilia egressus est Pyrrhus, in Italiam reversurus, illam rursus Pœni occupaverunt, ita ut hanc insulam Pyrrhus tantâ amiserit celeritate quanta subegerat. — Rure redibat Charondas, cùm in concione præcipiti modo convocata se ipse suo gladio transfixit. — Animadvertit quidam auctor Massinissam, postridie quam insignem in Pœnos victoriam retulerat, pane vescentem cibario, præ suo tabernaculo repertum fuisse. — Nusquam gentium virum vere felicem esse reperias, nisi in Jesu Christo felicitatem requirat.

Thème 204.

Scipio Carthaginem misit legatos qui conquererentur quod, sublatis quæ nondùm exierant induciis, plures Romanorum naves apprehensæ fuissent. — Rex Balthasar, cùm sacra vasa Hierosolyma Babylonem translata pollueret, manum videns in pariete scribentem, vehementer perterritus est. — Cyrus, cùm Babylone in Persiam rediret, per Mediam iter fecit, suo ibi avunculo Cyaxaro salutem dicturus. — Deus Davidi per suum prophetam dixit: Non tu in mei honorem templum ædificabis, cùm sis vir bellator, multumque sanguinem profuderis. — Senserunt Romani quid sibi metuendum esset, et de romano actum esse imperio, si suas Asdrubal Annibalis fratris sui copiis jungeret. — Josue dixit Israelitis: Vos videtis Dominum vobis terram quam promiserat dedisse, illaque vos nunc potiri; persuasum vobis sit illum, si vos ipsi fideles fueritis, cæteros deleturum esse populos. — Galba militibus a se præmium postulantis, quod ipsum imperatorem proclamassent, asperè respondit: Scitote a me eligi, non autem emi meos milites. — Si romanorum imperatorum leges historiam, videre erit plerosque inter illos qui interfecti fuerint indignos fuisse qui imperarent.

Thème 205.

Ferunt Lælium et Scipionem puerorum more ludere fuisse solitos, cùm ex urbe veluti e carcere egressi rus advolarent. — Poeta Æschylus, exasperatus animo, quod a Sophocle, multo se juniore, fuisset superatus, in Siciliam se recepit ad regem Hieronem, virorum doctorum quos offenderant Athenæ amicum et protectorem. — Ut primùm Magi in urbem Hierosolymam advenerunt, quæsiere ubi nasciturus esset Messias; audieruntque hunc in urbe Bethlehem esse nasciturum. — Urbs Thebæ, quo tanquam obses ductus fuit Philippus, in suo alebat sinu incogitansque instituebat hostem Græciæ maximè formidandum. — Bellum bellumque anhelabat Alcibiades, ita ut singulis noctibus inter somniandum Carthaginem occuparet, subigeret Africam, indeque in Italiam transiret. — Quos Moyses miserat speculatores, ii populo dixerunt: Incolæ regionum quæ iter fecimus vere gigantes sunt præ quibus nos quasi locustæ videbamur. — Phocion, cùm truderetur in carcerem, eandem ostendebat magnanimitatem quam cùm olim, exercitibus præfectus, suam in domum honoris causâ deduceretur. — Scimus nos a Deo amatos fuisse, cùm suum ad nos miserit Filium; scimus nos ab illo etiam nunc amari, cùm nos quotidie suis cumulet beneficiis: et pro certo habemus nos semper, si ei fideles fuerimus, ab illo amatum iri.

Thème 206.

Cùm Alexandro nuntiatum est Darium cum exercitu adventare, primùm id credere noluit, adeo res fidem excedere videbatur. — Imperator Severus, podagrâ laborans, suo filio Caracallæ ipsum imbecillum appellanti dixit: Scito, fili mi, caput solum posse imperare; pedes autem administrando imperio necessarios esse ne arbitreris. — Videns David Ozam a Deo percussum fuisse, quod arcam tetigisset, magis quam cùm maximè Domi-

num extimuit. — Tobias, cum hœdum quem uxor sua domum attulerat balantem audiisset : Cave, inquit, ne subreptus fuerit. — Massinissæ adhuc juveni merito suadebat Scipio ne tam ab hostibus in ipsum armatis quam a voluptatibus ipsum undique circumvenientibus sibi careret. — Jesus Christus cum Hierosolymam se conferret, suos monuit apostolos se occisum iri, seque post triduum triumphantem e tumulo proditurum esse. — Invitus quidem jussit rex Babylonis Daniele in leonum foveam conjici. — O Domitiane, parum curant Romani utrum muscas acu trajiciendi sis peritus necne: illud exoptarent ut tu tui patris ac fratris similis esses. — Livia Augusto dixit : Cum hæcenus severitate nihil profeceris, tibi suadeo ut clementiam adhibeas, et Cinnae des veniam.

Thème 207.

Antoninus, cum plures viros Adriani jussu comprehensos dimitteret, significabat ipsum Adrianum, si diutiùs vixisset, illos fuisse dimissurum. — Timèntes Pœni ne sibi bellum Romani indicerent, hos admonuerunt Annibalem se ad Antiochum, Syriae regem, contulisse. — A quodam interrogatus Metellus Macedonicus quid ipse acturus esset : Meam ego tunicam exurerem, respondit, si scirem huic notum esse meum consilium. — Homines frustra invitat Noemus ut in arcam se recipiant, monita ejus habent derisui ; at fore prævideo ut mox illos pœniteat. — Drusus qui imperii fines vult dilatare nescit se morte prius sublaturum iri, quam Rhenum iterum trajiciat Romam reversurus. — Neroni suasit Phao ut in altam foveam, unde arena extracta fuerat, sese abstruderet ; at Nero, metu ne vivus sepeliretur, inter arundines delituit. — Plato, Sorcratis discipulus, cum timeret ne summi hujusce viri morte non deferbuisset tyrannorum rabies, Megaram se recepit. — Parmenio Alexandro dissuasit ne frequentissima concione interceptas quasdam legeret litteras, quibus ad regem occidendum vel prodendum græcos milites incitabat

Darius. — Josephus, priusquam moreretur, suis dixit fratribus : Operam date ut ex Ægypto in patrum meorum tumulum corpus meum transferatur.

Thème 208.

Romani, Marco Aurelio duce dimicantes, non animadverterunt Barbaros ideo duntaxat fugam cepisse ut ipsos in insidias allicerent. — Cùm David Saulem sibi infensissimum in spelunca nactus fuisset, sui eum comites impulerunt ut datam arriperet occasionem ; at ille non commisit ut suum regem occideret. — Cicerone judice, adeo perfectus actor erat Roscius, ut solus dignus esset qui in scena spectaretur ; idem vero ita probus vir erat, ut solus dignus videretur qui in istam nunquam prodiret. — In eo erat ut Abrahamus suum filium Isaacum immolaret, cum prohibuit angelus ne illum percuteret. — Caligula qui cupierat populo romano unum esse caput quod uno ietu præcideret, huic multa esse brachia expertus est. — Philistæi sua in urbe Samsonem inclusum videntes, sibi in animum inducere non poterant illum e suis manibus esse elapsurum. — Rex Babylonis frustra minatus est se tres Danielis socios ardentem in fornacem immisurum esse : istius staturam adorare noluerunt. — Annibal non immerito metuens ne ab Antiocho Romanistraderetur, in insulam Cretam primùm se contulit, adhuc nescius quid consilii caperet (ou capturus esset). — Israelita, cum fulgura viderent, audirentque tonitrua et tubæ clangorem, ad montem fumo opertum accedere non audebant.

Thème 209.

Dionis inimici, cùm hunc Syracusas reverti audissent, urbis portas occupaverunt, ne eo intraret sic impedituri. — Carthaginienses, licet optimè vigilarent, impedire non potuerunt quin Timoleon in Siciliam transiret et Syracusanis opem ferret quam a Corinthiis petie-

rant. — Utri magis gratulabimur, Alexandrone quod ab Aristotele fuerit eruditus, an Aristoteli quod Alexandrum erudierit? — Cyrus, ratus satius esse in hostili terra quam in sua bellum gerere, non expectavit dum Babylonii venissent se ipsum aggressuri, at obviam illis processit. — Titus Manlius, cum patri suo Galli a se occisi exuvias offerret, se laudibus cumulatam iri persuasum habebat, nedum se capitis damnatum iri existimaret. — Quæ Miltiadi perpetuo tribuebantur præconia, ea causa erant cur Themistocles noctes totas insomnes duceret. — Cræsus, cum in solio sederet, veste magnificentissimâ indutus, Solonem interrogavit num quid pulchrius unquam vidisset: Ne dubites, respondit philosophus, quin tibi fulgore ac pulchritudine præsent galli, phasiani ac pavones. — Quisnam suspicatus fuisset Abdalonymum, colentem hortum ut vitam toleraret, olim Sidonis regem electum iri?

Thème 210.

Pater, ait juvenis prodigus, haud ego sum dignus quem tuum voces filium. — Impedivit populus ne neci daretur Jonathas, per quem Deus exercitum modo incolumem servaverat. — Quamvis Themistocles sanguinem Artaxerxes addixisset, clari hujusce atheniensis ad se confugientis fiduciam non demirari non potuit. — Agesilaus tum sua virtute, tum prudentia tantam sibi famam pepererat ut Sparta suis navalibus copiis simul ac terrestribus eum præficere non dubitaverit; quod quidem honoris nulli unquam e suis ducibus tribuerat. — Longe aberat ut Aman prævideret se ipsum patibulo quod Mardocheo paraverat suspensum iri. — Regi Sauli crimini dedit Samuel propheta, quod ille non expectavisset dum ipse fuisset reversus, ut Domino sacrum faceret. — Dionysius senior, noctes atque dies conscientie suæ stimulis exesus, nullum cui fideret reperiebat, ne exceptis quidem sua conjuge ac liberis. — Haud telatet quomodo urbs Hiericho, quamvis turribus ac mœnibus muniretur, ab He-

bræis capta et direpta fuerit. — Sanctus Athanasius, quis credat? ab Arianis argutus est vitam ademisse cuidam præsuli, ilique manum ad incantamenta præcidisse. — In leonum foveam immittitur Daniel: at Deus illum tam apertè tuebitur ut illi parcituri sint leones, et prophetæ æmulatores sint voraturi.

Thème 211.

Milco, dux carthaginiensis, jam occupatis ferè cunctis Siciliæ urbibus, se Syracusas impressione facta expugnatum esse existimabat; at non præviderat suum exercitum horribilem in modum lue devastatum iri. — Miramur attendentes quâ facilitate Timoleon incepta maximè ardua perficeret, præclarissimasque referret victorias. — Ozia et senioribus dixit Juditha: Nolite perscrutari quid agere velim; at solummodo Deum mihi (ou pro me) deprecamini. — Imperatoris Augusti mater et socerus nihil antiquius habebant quam ut a magistris et custodibus quibus illum crediderant quotidie quærerent quid fecisset, quo ivisset, quomodo egisset diem, et quibus sermonem habuisset. — Sui Jacobo filii Josephi togam hædi sanguine imbutam miserunt istis cum verbis: Hanc togam reperimus, vide num tui filii toga sit. — Hierosolymæ templum servare vult Titus; ast Deus isti civitati adeo iratus est ut invito hoc principe sui milites templum sint incensuri. — Neutiquam dubitare videtur quidam auctor quin, si Alpium incolæ in insidii abditi in Annibalis exercitum quasdam angustias ingressum repentè irruissent, funditus ille fuisset periturus. ®

Thème 212.

In sua castra victor redit Paulus Æmilius; at valdè anxius est, cum nesciat an suus filius, fugaces acrius insectando, sit occisus. — O Saule, tu non nisi sanguinem ac cædem anhelas; at non dubito quin te tuæ in christianos crudelitatis aliquando pudeat. — Annibal,

mari victus, Carthaginem unum misit ex suis amicis qui, in curiam ingressus, dixit : Romanæ classis præfectus maximis cum copiis advenit; quærit Annibal num sit congregiendum; quænam sit vestra sententia mihi aperite. Dimicandum esse omnes responderunt; et sic crucis supplicium Annibal effugit. — Non dubito quin Agesilaus Persarum regem in sui imperii gremio fuisset aggressurus, nisi ad suæ patriæ succurrendum revocatus fuisset. — Caligulam Romani admirati sunt, cum a Judæis quæsit cur porcina carne abstinere, istique applauserunt non secus ac si quid ingeniosi et valde lepidi dixisset. — Saul percipiens cum Davide Dominum esse, illumque ab universo diligi populo, eum jam magis quam cum maxime formidavit. — Si quis Turenno aliquam victoriam gratulabatur, hanc suorum militum fortitudini tribuebat, nedum in eâ superbiret. — Cum ingruit diluvium, homines poenitere debuit quod Noemi monitis fidem non adhibuissent. — Dicitur Camillus adeo longe et acriter Gallos insecutus fuisse, ut in reipublicæ terris soli superstiterint mortui.

Thème 213.

Socrates, in fortuna admodum dispari, tantâ fuit æquanimitate, ut nemo illum aut hilariorem aut mœstio-riorem unquam viderit. — Moyses, jubente Deo, æneum fecit serpentem quem summo affixum spiculum erexerunt; qui autem illum aspiciabant, sanabantur. — Haud fugiebat Agesilaum se non sibi, sed suæ civitati civitatibusque cum ipsâ fœderatis imperium accepisse; et ideo princeps ille legibus obtemperare quam Asiam subigere sibi gloriosius fore existimavit. — Eurydice, Amyntæ Macedoniæ regis uxor, Iphicratem, atheniensem ducem obsecravit ut adversus Pausaniam regni ereptorem, duos filios suos, Perdicam et Philippum adhuc infantes tue-
retur. — Sua Pharisæos adeo obcœcaverat invidia, ut quamvis Jesus Christus innumera patraret miracula,

illum tanquam Dei Filium agnoscere noluerint. — Multum abest ut is fuerit Augustus imperator qui fuerat Octavius triumvir. — Se ipse occidit Mago, iratique Pœni quod Siciliam non subegisset, corpus ejus cruci affigi jusserunt. — Camillus omnes Gallos ferro trucidavit, et ne unus quidem superfuit qui istius cladis nuntium ferret. — Longe aliter ac prioribus seculis hodie vivimus; at multum abest ut æque diu vivamus.

Thème 214.

Quemlibet alium ac Salomonem fugisset utri mulieri assignandus esset infantulus quem utraque repetebat. — Sanctus Paulus, primus eremi cultor, sanctusque Antonius se invicem amplexi sunt, inter se suo nomine consalutantes, licet neuter unquam alterum vidisset. — Pharnabazus et Tissaphernes, Persarum regis satrapes, longè dissimili erant indole: ille (ou prior) summa de fide gloriabatur, hic (ou posterior) autem vel juramenta deridebat. — Quæcumque sit parentum agendi ratio, caveant liberi ne eos oderint, vel debitam iis reverentiam exuant. — Quancumque æstimanda videbatur Græcis musica, Philippus tamen ab Alexandro filio suo quæsit nonne ipsum puderet tam bellè canere. — Theopompus multò minus animæ quam ingenii dotibus commendabilis, adeo gloriosus erat ut se palam jactaret Isocrati magistro suo se præstitisse. — Qui perpendit quo in statu natus sit, et quo in statu sit moriturus, ille minimi divitias æstimat. — Prophetam Isaiam legenti non mirum videbitur quod Cyrus gentes adeo facilè subegerit regesque fugaverit orbis potentissimos. — Sanctus Germanus, qui humaniores litteras edoctus est, ad honores promotus postea præsul Antissiodorensis electus fuit.

Thème 215.

Cum Annibal Capuam secum fœderatam a Romanis ob-

sessam videret, ad Romam præcipitanter processit : non quod illam obsidere in animo haberet, sed quod existimabat Romanos Capuæ obsidionem soluturos esse, ut in suæ patriæ auxilium advolarent. — Illud Periclem jamjam moriturum gaudio cumulabat quòd nullum civem lugubria induere cœgisset. — Ruben suis fratribus suasit ut Josephum in foveam immitterent : non quod Josepho iratus esset, sed quod in animo habebat illum ex eorum manibus eripere, foveaque eductum ad Jacobum reducere. — Demens est, qui hodie paulisper inhæret divitiis quas heri non possidebat, nec jam cras possessurus est. — Cum quidam juvenis unguentis delibutus venisset, Vespasiano de munere impetrato gratias acturus, istum despiciatam habuit imperator, illum munus a se concessum ademit. — Post subactam Africam, aiebat Pyrrhus, dulci fruemur otio. Ah ! Quin tu, respondit Cineas, isto otio jam nunc frueris ? — In magifico templo auro argentoque splendente, aiebat quidam auctor Ægyptios irridens, frustra Deum avidi exquirunt oculi : nihil aliud quam simium, felem, ciconiam ibi reperiunt. — Dicitur imperator Julianus semper media nocte e lecto surgere solitus fuisse.

Thème 216.

Quot et quantas ærumnas perpessi sunt Judæi, quod Jesum Christum neci dederunt ! — Plato, licet falsorum numinum cultor, parentibus suadebat ut suis liberis non magnam auri vel argenti copiam, sed optimam famam relinquerent. — Pyrrhus, primùm lancea leviter vulneratus, paulò post interfectus est tegula quam mulier quædam utrâque manu in ipsius caput dejecit. — Queritur Jesus Christus quòd minorem prudentiam sui discipuli in perficiendâ animæ suæ salute adhibeant, quam sæculi filii ut petita assequantur. — Scimus quidem quam multi duce Moyse, ex Ægypto profecti sint ; sed eheu ! nec nos fugit quam pauci in terram promissam sint ingressi.

— Quam Pontum Euxinum inter et mare Caspium Cadusii incolebant regionem, ea culturæ tam parùm idonea erat, ut frumentum ibi non sereretur. — Culici, si verum narrat fabula, aliquando succumbit leo ; nonne stupendum est quod animal tantum tantulo ab insecto dejiciatur ? — Diogenes, ad comprobandum quantò se feliciorum Xerxe existimaret, sibi nihil opus esse dicebat, Persarum autem regi nihil satis esse. — Multum abfuit ut Bessus æquè animosum in prælio ineundo atque audacem in committendo parricidio se præstaret.

Thème 217.

Quamvis infirmus esset Alexander ob vulnus sibi paulo ante acceptum, Scythis tamen acriter institit, donec, viribus ipsum deficientibus, sistere coactus est. — Homo vere poenitens intelligit suâ magis quam cujuslibet alius interesse tempus sibi a Deo concessum bene insumere, ut quodam modo temporis jacturam sarciat. — Quam felices sunt christiani (ou o christianos felices) qui tam parvi æternam emant coronam ! — Regi Assuero dixit Aman perfidus : Te non fallit quanti tuâ tuique populi intersit ut Judæorum, qui tua mandata aspernantur, arrogantiam frangas. — Illud Alexandro gloriæ est, quod erga victos tam elementem quam suos erga milites liberalem sese præstiterit. — Quanto pluris æstimanda filiorum Dei quam filiorum hominum nobilitas ! Quare ergo posteriorem plerique tam magni faciunt quam parvi priorem ? Quantum præsigire valeo, aiebat Molon rhetor, metuo ne per Ciceronem Romani Græcos ingenii et eloquentiæ laude sint olim superaturi. — Samson triginta juvenibus comitantibus se dixit : Si vos per septem convivii dies, quod vobis modo proponam ænigma mihi aperueritis, triginta vestes ego vobis dabo ; si non potueritis, mihi vos totidem dabit.

Thème 218.

Cum quidam poeta carmen a se scriptum legisset, unus inter audientes illud memoriter pronuntiari cepit, contenditque suum esse hoc carmen, cum idem facere poeta non posset. — Martyres, qui seipsos ignibus quam sacros codices tradere maluerunt, aperte demonstrarunt se illos libros tanti facere quanti quod plurimi. — Quanto spartanus equitatus thebanum numero superabat, tanto solertiâ atque fortitudinæ priorem posterior. — Diogeni suadebant quidam ut senex factus otio se daret; at ille respondit, quo quis propius ad metam accedat, eo minus illi remittendam esse diligentiam. — Paulus Æmilius, cum impedire non potuisset quin Varro congregaretur, quam festinantissime huic subueniens, illum quam strenuissimè adjuvit. — Multum aberat ut tanti fieret Tiberius quanti Marcellus, qui sanè successisset Augusto, nisi immatura morte Romanis raptus fuisset. — Cuidam Pelopidam admonenti Alexandrum Phœream ingenti cum exercitu adventare: Tanto meliùs, respondit dux ille strenuus, eo plures profligabimus. — Absque argento dives erat Fabricius, quia persuasum habebat sibi, quamdiu posset suis repugnare cupiditatibus, nihil unquam esse defuturum. — Alexander Homeri erat perstudiosus; atque illum poetam pervolvebat, non tam ut animum levaret quam ut ex ejus operibus dignos magno rege sensus promeret.

Thème 219.

Constantinopoli tantum diligebatur tantique fiebat sanctus Joannes Chrysostomus, ut cum milites, jubente imperatore, illum comprehensuri venerunt, plebs tota, ad custodiendum suum pastorem, circa sacram ædem sese agglomeraverit. — Artabazus et Græci Dario magis addicti quam qui tetram Bessi adjuvarent perfidiam, minus autem potentes quam qui istam disturbarent, e mili-

tari via ad montes decesserunt. — Statim ut Alexandrum sui milites lethali morbo tentatum audivere, ad ejus regiam properaverunt, ipsius videndi copiam flagitantes. — Rex Sapor præconis voce promulgari jussit Usthazadem suæ domui præfectum, tanquam christianum neci datum fuisse, non tam ut Usthazadi, qui hoc ab eo petierat, suffragaretur, quam ut cæteros christianos perterreret. — Cyrus divitias acquirendi rationes haud negligebat; non quod eas magni faceret, sed quod eas aliis dispertere mirifice oblectabatur. — Sanctus Petrus Romam excedens, ut mortem sibi imminentem effugeret, vidit Jesum Christum qui ipsi dixit se Romam venire ut iterum crucifigeretur. — Diogenes, cum die quadam puerum aquam cava manu haurientem vidisset, suum protinus fregit calicem, dicens: Nonne stultus ego sum, qui supervacuum onus mihi tam diu imposuerim?

Thème 220.

Sanctus Dominicus nihil habens quod daret cuidam mulieri pauperulæ, cujus frater in manus Maurorum devenerat, sese cum illo infelici servo permutandum obtulit. — Si plurimorum sacris in ædibus corporis habitum inspicias, istos potiùs habeas Judæos militesve ethnicos, Jesu Christo insultantes atque illum irridentes quam viros christianos suum Salvatorem ac Regem venientes adoraturi. — Curius Samnitibus demonstravit se non magis eum esse qui corrumpetur muneribus, quam qui armis vinceretur. — Quantus esse debet parentum suos in liberos amor, cum videas feras ictibus vulneribusque sese objicientes, ut suos catulos tueantur. — Lacedæmonii, quo majorem ebrietatis horrorem suis liberis inspirarent, eorum ante oculos servos vino inebriatos proponebant. — Dion, qui Dionysii Siciliae tyranni sororem duxerat uxorem, ob suas eximias dotes ab eo tanti factus est quantum dilectus. — Haud perpendebat Alexandersibi, tot subactis provinciis, nihil aliuc

superfuturum quam exiguum in sui corporis sepulturam spatium. — Si Pittaco adhibenda est fides, sapienter administrat princeps, cum timetur ipsi, nedum ipse timeatur. — Illud graviter me pungit, ait Usthazades Saporis regi, quod solem adorare simulaverim, ne tibi molestiam afferrem.

Thème 221.

Cannense post praelium, Carthaginem misit Annibal suum fratrem Magonem, qui de victoria quam retulerat Pœnos certiores faceret, et ab illis peteret auxilia quò celerius bellum conficeret. — Quotocumque dolore percitus erat Datames, cujus natu minor filius occisus fuerat, hujus mortem suos milites celare decrevit, ne illorum animum infringeret. — Nesciebat Alexander cuinam suas deberet referre victorias, nos vero non fugit Deum per Alexandrum Persarum Orientisque evertere voluisse imperium, sicuti Babylonis imperium per Cyrum evertere voluerat. — Aristides, ab infantia, virtutem constanter coluit, nec unquam deflexit ab æquitatis via, nec unquam, vel per jocum, ad astutiam vel mendacium confugit. — Non committebant Spartani ut ad praelium procederent, priusquam sacrificiis ac precibus deorum implorassent auxilium. — Homerus et Plato, ut permultos alios illustres viros omittam, Ægyptum petierunt quò meliores ibi fierent, adeo artibus et scientiis erat inclyta! — Cum Alexandro venanti, recta occurrisset leo mole horriffica; rex stans impavidus adversus leonem congressus est, quem uno ictu occidit. — Pœnorum in Romanos odium, postquam diu intumuit, tandem bellis æquè diuturnis ac sævis erupit.

Thème 222.

Alexander, antequam urbem Tyrum obsideret, non prævidebat incolas tam acriter sibi esse repugnaturus. — Quatuor equites, quos ad Annibalem Asdrubal miserat,

nondum redditis quas ferebant litteris, capti fuerunt. — Tarentinos mox pœnituit quod regem Pyrrhum auxilio vocavissent; intellexeruntque, sed seriùs, se pro socio dominum accepisse. — Dionysius Junior, cum, haustis tot calamitatibus, se erga sibi subditos humaniorem præbere debuisset, vel sævior evasit. — Perhibent Cimbros ac Celtiberos ad pugnam ovantes concurrere, in morbo autem sibi desperare fuisse solitos. — Si probis pro nummis, adulterinos ego tibi præberem, sine dubio essem in culpa; quomodo igitur culpa carerem, si pro vero quod a me expectas, tibi præberem mendacium? — Sancta Theodora a iudice interrogata num libera esset, nihil aliud nisi se christianam esse respondit. — Claudium, si ad Caligulæ cœnam paulò seriùs accedebat, aulici cœnaculum obire cogebant, priusquam illum quasi beneficii causâ admitterent. Si vero post cœnam obdormiscebat, illum scurræ olivarum aliorumve fructuum nucleis impetebant aut cædebant ferula, ut ejus somnum abrumperent.

Thème 223.

Jesus Christus, cum in Herodis aulâ suam potuisset expromere potentiam, istum ne uno quidem verbo affatus est; atque agni mansuetudinem exhibuit, nedum in sui insectatores leonis instar rugiret. — Principes sacerdotum, post Jesu Christi resurrectionem, hunc Dei Filium esse tandem agnoscere, non autem multa pecunia milites ejus sepulcri custodes corrumpere debuissent. — Camillus proditori, qui in sua castra Faliscorum liberos perduxerat, adeo non præmium tribuit, ut contra isti manus post tergum alligari, huncque virgis verberari jusserit ab iis ipsis quos sibi tradere voluerat. — Alexander Severus suos milites quâ transirent agros depopulari vetabat; quod si quis eorum sua jussa infringeret, istum illicò baculo aut virgis castigandum curabat. — Bocchus, rex Maurorum, diu deliberavit utrum

Syllæ Jugurtham an Jugurthæ Syllam traderet; ad extremum quaestori romano suum generum tradidit. — Cùm sæva fame vastaretur Hispania, sanctus Dominicus, suam omnem jam elargitus pecuniam, suam suppellectilem ipsosque libros vendidit, ut pauperibus opitularetur. — Alexander, statim ut in Cydni aquas ingressus fuit, tam violento correptus est horrore, ut illum mox moriturum esse omnes existimarent. — Persis persuasum erat juventutem, quo ad vitia proclivior sit, eò diligentiori severiorique disciplina esse continendam.

Thème 224.

Pilatus, cùm Jesum, cujus innocentiam modò palam agnoverat, dimittere debuisset, hunc capite damnavit, et cruci affigendum Judæis dereliquit. — Tantum abfuit ut principes sacerdotum ac Pharisæi Jesum Christum, postquam Lazarum ad vitam revocavisset, Dei Filium esse agnoscerent, ut contra illius occidendi consilium inierint. — Responderunt apostoli principibus sacerdotum et legisperitis potius Deo quam hominibus esse obediendum. — Parum abfuit quin res malè procederet Pelopidæ ejusque sociis qui de Thebis a tyrannide liberandis simul consultaverant. — Absque verbo aut scripto fecit Tarquinius Superbus ut intelligeret suus filius Sextus quid ergà Gabios sibi faciendum esset. — Capite truncati sunt duo juvenes fratres, Justus et Pastor, quia ex eorum gestibus ac sermonibus ethnici illos christianam fidem profiteri cognoverunt. — Cùm Xerxem rogavisset Pythius ut e quinque suis filiis in illius exercitu militantibus natu maximum sibi in suæ senectutis solatium relinqueret, Xerxes istà postulatione, quamvis æquissima esset, adeo exasperatus est, ut hunc filium ante patris oculos jugulari jusserit. Proh! quanta barbaries! — Scipio, postquam Annibali gratias egit de consiliis quæ ipsi modò dederat, illum admonuit ut pararet prælium, nisi mallet quas modò illi proposuerat condiciones accipere. — Quam-

vis Pœni quoslibet excogitent in Regulum cruciatus, illustris ille captivus, suo obligatus sacramento, Carthaginem profecto revertetur.

Thème 225.

Joabi frater proterva Semei verba audiens, dixit: Sine musne istum canem mortuum regi domino nostro sic male precari? Sinite illum mihi convicium facere, respondit David: ipse Dominus illum Davidi male precari jussit. — Sui ab Alexandro certiores facti milites parùm abfuisse quin paucorum sceleratorum proditione ipsis raperetur, omnes lacrymari ac gemitus edere cœperunt. — Babylonii, cùm ob sua munimenta atque armamentaria nihil sibi metuendum existimarent, Cyro ipsos obsidenti insultare audebant. — Omnes Judæorum cautiones militumque sopitorum testimonium ad id tantum valuerunt ut Jesum Christum vere resurrexisset probarent. — Nul- lum est animal quod multa cura non mulceatur. — Tyrii contra jus gentium occiderunt caduceatores quos Alexander miserat ut ipsos ad pacem compellerent, illosque ab altis mœnibus medium in mare præcipitarunt. — Si Isaiam Jesu Christi mortem prænuntiantem audias, hunc evangelistam potius quam prophetam existimes. — Catoni, quamvis sæva tempestate jactato, contigit ut in Thraciam salvus et incolumis appelleret; sed illi accidit ut adveniens audiret suum fratrem modò obiisse. — Nonne nobis erit contremiscendi locus, si perpenderit dæmones unum ob peccatum fuisse reprobatos?

Thème 226.

Alexander suis ducibus ac principibus tantam fiduciam tantumque animum injecerat, ut illos dices non quidem ad bellum, sed ad certam victoriam progredi. — Romanis nihil longiùs erat quam ut ab Annibale, vel proditione, se expedirent; adeo solo ejus nomine terrebantur! — Per Lycurgum unum stabat quominus capite damnet adoles-

centem, Alexandrum nomine, qui baculo ipsi oculum effoderat; hunc vero perbenignè habuit, nedum ab illo sese vindicaret. — Plerique existimant Annibalem haud aegre Romam expugnaturum fuisse, si Maharbalis consilio paruisset; aliter tamen nonnulli sentiunt. — Multis suis benefactis rex Cyrus Titusque imperator sibi subditos benevolos sibi fecerunt. — Longe aberat ut Phocion Atheniensibus adularetur; sed ea erat ejus probitas ut illi, quamvis natura forent instabiles, semper ejus consiliis parerent. — Quam primo Caligula ostendit clementiam, ea in spem Romanos adduxit se feliciores fore quam regnante Tiberio; at iste de se pessimam opinionem mox concepit, atque dementiæ et sævitiei monstrum subito factus est. — Ad sævitiam neququam pronus erat Dionysius Junior, ita ut sit dicendi locus illum hæreditate potius quam ingenio tyrannum fuisse.

Thème 227.

Parmenioni miranti quod Alexander prælium mox commissurus tam arcè dormiret ut e somno excitandus fuerit: Quomodo nos quieti non essemus, respondit Alexander, cum hostem nostras in manus devenientem videamus? — Tobias, priusquam moreretur, suo filio dixit: Statim ut eodem quo tuum patrem, matrem tuam tumulo composueris, cura ut hinc abscedas: ego enim Ninives excidium instare prævideo. — Tredecim fere annos octoque menses Romæ jam regnabat Nero, cum se ipse interemit, ut horrendum sibi imminens supplicium effugeret. — Dum Romæ consuli agebantur gratiæ quod de republica non desperasset, Carthagine parum abfuit quin Annibali crimini verteretur quod retulisset victoriam; adeo huic præclarissimo imperatori invidebatur. — Alexander, interfecto Clito, sese occidisset, ni sui illum reluctantem præfecti in ipsius cubiculum detulissent. — Summus Pontifex sanctus Gregorius, cum servos Anglos optimo corporis habitu et pulchra facie vidisset, exclamavit:

mavit: Virosne ejusmodi coram Deo tam deformes esse! — Num poterimus nos coram Deo non abjicere, si nostram cum priscorum christianorum vitâ contulerimus? — Cum nos castigat Deus, caveamus ne pro hoste qui ad perdendum nos insequitur illum habeamus, quandoquidem nos ideo castiget ut dignos se efficiat. — Philippus, Alexandri pater, sibi vertebat gloriæ quod a nemine beneficii se vinci pateretur. — Scipio, cum deprehensi fuissent Pœni speculatores, non modo in illos non animadvertit, sed illos Romanorum castra haud properanter speculatos ad Annibalem incolumes dimisit. — Per unum Darii stabat quominus Bessi, qui ipsum vincire statuerat, perfidiam effugeret: hoc illum Patron monuerat. — Pontifex Azarias et cum eo octoginta sacerdotes regi Osia dicere ausi sunt: Tuum non est Domino thus offerre: solorum est sacerdotum qui ad illud ministerium consecrati sunt.

Thème 228.

Dario suadebat Charidemus ut argentum et aurum quo frustra splendebat ipsius exercitus, conscribendis in Græciâ copiis impenderet. — Exanimis in lecto repertus est Scipio Æmilianus, quanquam planè valens se domum receperat: aegrè credo vim illi illatam non fuisse. — Quadam die cum Cambyses in equum insiliret, gladio e vagina elapso sibi femur sauciavit, et paucis post diebus interiit. — Cyrus in Asia minori permansit donec ex toto subegit; quo peracto, in Syriam et Arabiam transiit. — Narrant Antoninum, Asiæ proconsulem, cum Smyrnam advenisset, in Polemonis domo diversatum fuisse; quod isti sophistæ fero et agrèsti vehementer displicuit. — Interfecto Pseudo-Smerdi, qui Persiæ solum invaserat, septem magnates Persæ inter se pacti sunt, se postero die designatam in locum ituros esse, illumque regem electuros, cujus equus hinnitum primus cderet, Darii equorum gubernator, quodam quod

reperit stratagemate, domino suo sceptrum attulit. — Cum Xerxes magno sumptu pontem conjunctis navibus mari imposuisset, ut ex Asiâ in Europam suas trajiceret copias, sæva tempestas quæ repente coorta est, hunc dissolvit. Quo audito, Xerxes tanto percitus est furore, ut ulescendæ istiusmodi contumeliæ gratiâ, in mare binos compedes, quasi ad illud vincendum, projici, istique trecentos flagellorum ictus infligi jusserit. Nec satis, omnes qui operi præfuerant, jubente rege, obruncati sunt. — Milo nactus annosam quercum cuneis in eam obnixè adactis semiapertam, putavit se adhuc eum esse qui manibus ex toto finderet. Cuneis autem ipsius conatu solutis, apprehensæ ejus manus duabus arboris partibus iterum inter se junctis adeo constrictæ sunt, ut cum sese exsolvere nequisset, a lupis voratus fuerit.

III. — MORÇEAUX CHOISIS

Thème 229.

Quadráginta Sebastæ martyres.

Inter martyres qui, imperante Licinio, passi sunt, nulli sunt clariores quàm ii quos vocant quadráginta martyres, qui, anno ferè trecentesimo decimo tertio, Sebastæ Jesum Christum professi sunt. Erant autem omnes ætate florentes, pulcherrimâ specie, strenui, belloque admodum inclyti. Ubi primùm certiores facti sunt ab imperatore jussos fuisse milites diis sacrum facere, ab aliis secesserunt, atque impavidè denuntiaverunt se nolle idololatriæ fieri participes. Comprehensi adducti sunt ad judicem, qui imperatoris mandatis parendum esse illis denuntiavit. Audaacter cuncti responderunt se christianos esse, atque ad extrema patienda paratos, potius quàm a sanctâ suâ religione deflecterent. Judex frustrâ conatus ut illos promissis suis alliceret, aut minis formidæ percelleret, jussit eos flagellis unguibusque ferreis concidi, catenisque onustos conjici in carcerem. Ibi diu manserunt, nec indè exierunt, nisi ut ad prorsus insolitum ducerentur supplicium. Cum enim algida regio sit Armenia, hiemis tempore, judex jussit illos planè nudos per noctem præfrigidam in stagno glacie concreto exponi. Simul balneum calidum in proximo parandum curavit, jussitque huc illico transferri illos, qui, aspero fracti frigore, promitterent se diis sacrum facturos esse, ut vitæ suæ consulere.

Thème 230.

De martyribus sequitur.

Martyres vestibis suis alacriter depositis, invicem co-

reperit stratagemate, domino suo sceptrum attulit. — Cum Xerxes magno sumptu pontem conjunctis navibus mari imposuisset, ut ex Asiâ in Europam suas trajiceret copias, sæva tempestas quæ repente coorta est, hunc dissolvit. Quo audito, Xerxes tanto percitus est furore, ut ulescendæ istiusmodi contumeliæ gratiâ, in mare binos compedes, quasi ad illud vincendum, projici, istique trecentos flagellorum ictus infligi jusserit. Nec satis, omnes qui operi præfuerant, jubente rege, obruncati sunt. — Milo nactus annosam quercum cuneis in eam obnixè adactis semiapertam, putavit se adhuc eum esse qui manibus ex toto finderet. Cuneis autem ipsius conatu solutis, apprehensæ ejus manus duabus arboris partibus iterum inter se junctis adeo constrictæ sunt, ut cum sese exsolvere nequisset, a lupis voratus fuerit.

III. — MORÇEAUX CHOISIS

Thème 229.

Quadráginta Sebastæ martyres.

Inter martyres qui, imperante Licinio, passi sunt, nulli sunt clariores quàm ii quos vocant quadráginta martyres, qui, anno ferè trecentesimo decimo tertio, Sebastæ Jesum Christum professi sunt. Erant autem omnes ætate florentes, pulcherrimâ specie, strenui, belloque admodum inclyti. Ubi primùm certiores facti sunt ab imperatore jussos fuisse milites diis sacrum facere, ab aliis secesserunt, atque impavidè denuntiaverunt se nolle idololatriæ fieri participes. Comprehensi adducti sunt ad judicem, qui imperatoris mandatis parendum esse illis denuntiavit. Audaacter cuncti responderunt se christianos esse, atque ad extrema patienda paratos, potius quàm a sanctâ suâ religione deflecterent. Judex frustrâ conatus ut illos promissis suis alliceret, aut minis formidæ percelleret, jussit eos flagellis unguibusque ferreis concidi, catenisque onustos conjici in carcerem. Ibi diu manserunt, nec indè exierunt, nisi ut ad prorsus insolitum ducerentur supplicium. Cum enim algida regio sit Armenia, hiemis tempore, judex jussit illos planè nudos per noctem præfrigidam in stagno glacie concreto exponi. Simul balneum calidum in proximo parandum curavit, jussitque huc illico transferri illos, qui, aspero fracti frigore, promitterent se diis sacrum facturos esse, ut vitæ suæ consulere.

Thème 230.

De martyribus sequitur.

Martyres vestibis suis alacriter depositis, invicem co-

hortabantur, dicentes unius noctis spatium felicitatem æternam sibi parituro esse. « Quandoquidem semel « moriendum est, adjiciebant, moriamur ut in æternum « vivamus. Ne dubitemus Dei gratia vitam profundere, « cujus periculum quotidie adeunt tot milites, principi « mortali ut serviant. Nobis quam turpe foret, ad tuendam « veritatem, id non posse pati quod scelerati homines in « suorum scelerum poenam inviti patiuntur! Quadra- « ginta in stadium ingressi sumus; fac, Domine, ut « quadraginta coronemur. » Eorum preces exaudivit Dominus, inopinato autem more. Namque magno cum dolore viderunt ex suis unum animo deficientem excedentemque è stagno, ut in balneum calidum properaret. Illud autem eis fuit solatio, quod in istius locum alter extemplo suffectus est. Ibi enim stabat custos ad ignem se calefaciens, dum certamen desineret, in balneum calidum daturus aditam si quis animo deficeret. Illi patuit stupendum sanè spectaculum : angelos scilicet vidit è cælo descendentes distribuentesque præmia fortibus illis militibus, excepto uno qui dolore fractus est. At ignavus iste non modo scelere suo animæ vitam abjecit, sed ne corporis quidem vitam servavit; namque ubi primum attigit aquam calidam, expiravit.

Thème 231.

De martyribus sequitur.

At custos, cum tam mira vidisset, ut aspexit miserum deficientem atque ad balneum properantem, statim vestibus depositis, locum ejus occupavit inter martyres, cum eis se christianum esse clamans. Sic eam quæ indignus ille census fuerat, hic retulit coronam : terrifico isto exemplo percussus fortissimus quisque intremiscat, discatque indesinenter orare, ut nulli debitam perseverantiam à Deo obtineat.

Ubi illuxit, cum adhuc spirarent, bacillis comminuta omnium eorum crura fregerunt. In eo supplicio mortui

sunt omnes, præter Melithonem, natu minimum. Quem cum præsens mater ejus, fractis cruribus adhuc viventem vidisset, naturæ sensum fide superans, sic cohortata est : Fili, paulisper sustine, ecce Christus ad januam stat adjuvans te. Cum vero reliquorum corpora plaustris imponi cerneret, ut in rogam inferrentur, ac filium suum relinqui, quod speraret impia turba puerum, si vixisset, ad idolorum cultum revocari posse : ipso in humeros sublato, sancta mater vehicula Martyrum corporibus onusta strenue prosequeretur : in ejus amplexu Melithon spiritum Deo reddidit, ejusque corpus in eundem ceterorum Martyrum rogam pia mater iniecit : ut qui fide et virtute conjunctissimi fuerant, funeris etiam societate copulati, unâ in cælum pervenirent. Combustis illis, eorum reliquiæ projectæ in profluentem, cum mirabiliter in unum confluxissent locum, salvæ et integræ repertæ honorifico sepulcro conditæ sunt.

Thème 232.

Historia pastoris Alibæi.

Adulatoribus diffidens quidam rex Persarum ab aula discessit, et rura et provincias ignoratus perlustrare voluit, cupidus populum diligenter observandi, et in sua illum innata simplicitate agentem cernendi. Dum ista mente revolvit, quemdam spectatissimæ fidei aulicum sibi comitem adjungit; unâ permultos perlustrant vicos. Felices istos vir princeps videt incolas, sexcentis innocuis oblectamentis sincero gaudio sese permittentes, et sinceras apud illos, quas nescit aula, voluptates invenit. Die quadam largam longius obambulando famem obsonatus, humilem cœnandi causa casam subit; illi vilis apposita esca multo suavior videtur quam cibi omnis generis quibus sua instructa erat mensa.

Thème 233.

De Alibæo sequitur.

Quum forte distinctum floribus pratum, rivulo irrigatum, perambulare, juniore sub umbra rubi pastorem conspexit, tibia prope gregem canentem. Propius accedit : « Juenis, inquit, quod tibi nomen? » At ille : « Alibæus nomen est mihi ; parentes in proximo habitant pago. » Attamen sermo producit, quo quidem colloquio rex summopere lætus, permulta ab eo audit, quæ ad suum spectant populum, de quibus altum ab aulicis servatum erat silentium. Ad sibi familiarem conversus sese mirari indicat, junioremque secum abducit pastorem, ea mente ut illum in omnibus et disciplinis et artibus, quæ valent ingenium informare, educandum curet.

Thème 234.

De Alibæo sequitur.

In aulam ubi junior pastor pervenit, splendore sibi hactenus ignoto primum obstupuit. Tibiam et pedum et pastorem vestem cum toga purpurea auro distincta permutare, ita mirabilem esse immutationem dixerim, quæ multorum subvertat cerebrum. Qua vero caligine depulsa, serio totus studio incumbit, atque ingenium splendidissimis exornat doctrinis. Sui domini gratiam consecutus, ad amplissimum munus fuit evectus. Quamdiu vixit vir princeps, gratia in dies auctus est Alibæus. Attamen solitudinem recogitans, atque pristini status tranquillitatem, identidem vehementi pungebatur dolore : « O fortunatos, exclamabat, dies quibus ego sincera, nullis fœdata curis et terroribus, lætitiâ perfruebar. »

Thème 235.

De Alibæo sequitur.

Aulæ voluptatibus minime motus, Alibæus infortunia brevi est expertus. Mortuo seniori principi filius successit.

Extemplo in illum invehitur invidia; illum criminantur quod domini sui fiducia sit abusus, et immensas comparaverit opes. Rex nimium credulus suspiciones de illo traxit. Quum irrita cessisset falsa criminatio, rex illum jubet diligenter rationem exponere rerum quæ sibi fuerint traditæ. Minister paulolum sibi temporis concedi rogat, ut cuncta ex ordine disponat. Quo peracto, fideliter admodum minister exponit quidquid sibi fuit creditum. Jam rex indignans torvis aulicos inspiebat oculis; at forte casus evenit quem ego vobis mox sum evolutus.

Thème 236.

De Alibæo sequitur.

Forte in extrema porticu ferream conspiciunt valvam, tribus validis obseratam seris. Novum ab infensis Alibæo crimen instruitur. Istam exostulant valvam aperiri. At ille, regis ad genua provolutus : « O rex, ait, ne me uno eodemque momento cunctis quæ possideo spoliare velis ! Tu postquam parenti fideliter inservii, quidquid mihi ab illo concessum auferre potes ; at unum quod meum est prædium mihi permitte. » Jam gaudio exultabant aulici ; regis magis ac magis crecebat suspicio ; oblutante ministro, ira percitus imperatoriam vocem usurpat, jussa perfici stat voluntas, arreptisque clavibus ipse valvam aperit.

Thème 237.

De Alibæo sequitur.

Quantus vero fuit principis stupor, quanto pudore suffusi aulici, ubi, aperta valva, et pedum tantum, et fistulam, et pastorem aspexerunt vestem, quæ ibi servata nonnunquam minister invisibat. — « Rex optime, exclamat, pristina tu vides felicitatis reliquias. Hoc ego thesauro, ditescam, cum a te spoliatus fuero. O simplicia dilecta que fortunatæ vitæ instrumenta ! Libenter ego tibi,

rex optime, quidquid mihi a tuo patre concessum trado; quod meum erat quando me huc accersivit, hoc unum servare liceat. » Integritate ministri plane comperta, rex omnem in aulicos suam convertit indignationem. Alibæo, ad primi ministri gradum evecto, et gravissima et occultissima quæque perficienda commisit. Pauper vixit et mortuus est minister, atque suis id unum parentibus reliquit, unde pastorem, se iudice, felicissimam sortem foverent.

Thème 238.

Sanctæ Julittæ martyrium.

Iconii in lucem edita est Julitta: quamvis nobili natam genere, sua eam pietas adhuc multo magis commendabat. Nupsit, peperitque filium nomine Cyricum. Vix sacro fonte ablutum Deo obtulit, ut innocentiam illi hoc sacramento collatam tutam faceret.

Cum edictum adversus christianos evulgari jussissent imperatores Diocletianus ac Maximianus, isti exsequendo præfectus, nomine Domitianus, totus incubuit. Julitta autem suis diffusa viribus, non commisit ut expectaret dum in semetipsam manus injicerent. Ex urbe igitur, imo et e provincia excedere properavit, sequentibus duabus tantum famulabus, filiumque suum tres annos natum secum abduxit. Cum tamen a persecutoribus apprehensa fuisset, filium complectens brachiis, ad tribunal iudicis, nomine Alexandri, deducta est. Duæ autem ejus famulæ adeo perterritæ sunt, ut aufugerint. Sed cum animos ex pavore non nihil recepissent, venientes se turbæ intermiscuerunt, ut quid de sua hera ac filio ejus fieret comperirent. Suo de nomine, de sua conditione ac religione ab Alexandro interrogata Julitta, hoc unum respondit: « Christiana ego sum; absit ut unquam idolis sacrum faciam. »

Thème 239.

De S. Julitta sequitur.

Cùm Julitta, aliis de rebus interrogata, idem constanter responderet, iudex adeo exasperatus est ut è matris brachiis ad illam torquendam filium abripi jusserit. Nec mora, hanc in equuleo extenderunt tortores, brachiisque et cruribus constrictam nervis bubulis atrociter contuderunt. At infans, cùm à matre abstractum se videret, flere cœpit atque ejulare omnique ope niti ut ad illam rediret. Iudex, ejus pulchritudine percussus, illum ad se afferri jussit, ut eum permulceret blanditiis, ejulatusque ejus a lacrymas inhiheret. Suis genibus eum imposuit, admovitque osculaturus. At infans iudicis caput tenellis manibus avertebat, satagebatque ut se expediret, ejus faciem suis ungueulis, lateraque suis pedibus appetendo. Impedire non poterat quin in matrem constanter defigeret oculos, illiusque exemplo clamantem eum audiebant: *Christianus ego sum*, nec aliud verbum ex illo elici potuit. Tunc iudex, soli suæ rabiei serviens, infantem uno pede apprehensum, ab alto tribunali ad terram afflixit. Hujus insontis victimæ caput ad scabelli cornu allisum est; temporisque momento, quæque proxima loca sanguine conspersa, et cerebro operata conspicati sunt. Iudex, licet furibundus, ipse, non secus ac cæteri spectatores, se tam sævum exhibuisse perhorrescebat.

Thème 240.

De S. Julitta sequitur.

Sola Julitta tam horrendum spectaculum siccis oculis sustinuit atque naturæ affectum fide superans, exclamavit: « Tibi gratias ago, Domine, quod filium meum « priorem me æternâ coronâ redimitum volueris. » His precibus cum comperisset iudex quantum mortem Julitta despiceret, magnum ejus animum frangendi spem abjecit. Attamen jussit eam in equuleum rursus imponi, ejus la-

tera unguibus ferreis dilaniari, atque in pedes infundi fervidum oleum, dum præco sic illam compellaret. « Jutta, tui miserere, et sacrum fac diis; ne tuus sicut « filius, miserandum in modum ipsa moriaris. » Quas persequentis minas mulier sancta cum despexisset, altâ voce dixit: « Sacrum non facio surdis mutisque simul; ego autem Jesum Christum unicum Dei Filium « adoro; mihique nihil longius est quam ut in regnum « celeste meum ego sequar filium. » Alexander, planè devictus hujus sanctæ martyris constantiâ, caput ei præcidi jussit. Tortores confestim, in os ejus inserto ligno, in supplicii locum eam duxerunt. Illa, flexis genibus, dixit: « O Domine, qui priorem me meum vocasti « filium, ancillam tuam misericors quoque respice, atque « mihi, licèt indignæ, da locum inter sapientes illas virgines, a quibus amandus et adorandus es in æternum. » Tortor caput ei præcidit; atque ipsius necnon ejus filii corpus extrâ urbem projectum est. Die postero, duæ famulæ noctu ablata corpora sepelierunt.

Thème 241.

Passio D. N. Jesu Christi.

Jesus Christus, postquam homines sermonibus suis edocuit, ad virtutem incitavit operibus, convicit miraculis, beneficiisque cumulavit, jam in eo erat ut eos suoredimeret sanguine, suoque sacrificio illis conferret sanctitatem: o quantum ergâ homines amoris prodigium! quis possit Jesum non diligere? « Vos scitis, ait discipulis, traditum iri hominis Filium ut crucifigatur. » Qui Jesum Christum audit usque adeo sedatè loquentem, de nece tam crudeli tamque ignominiosâ, quam post bîduum erat perlaturus, is videt sanè huncce Filium hominis, Dei quoque esse Filium. Cùm Judas sacerdotum principes adisset, promisissetque, pactâ mercede, illis à se Jesum traditum iri, non commiserunt ut perfidi istius apostoli operam repudiarent, seque illi triginta nummos argenteos duros

esse promiserunt. Ab avaritiâ quid non metuendum est, cùm ea duce usque eo procedatur ut Jesus Christus rex coeli ac terræ tam vili venundetur pretio? Tùm Judas, quem Jesus Christus ad apostolicam promoverat dignitatem; cui miracula patrandi potestatem fecerat, quem, cæteros velut apostolos, suo Corpore ac Sanguine mox erat aliturus; Judas, inquam, licèt tot tantisque cumulatus beneficiis, animo jam nihil aliud agitavit quàm quo modo suum Magistrum ac Deum traderet.

Thème 242.

De Christi Passione sequitur.

Contremiscamus videntes Judam à Dei Filio deficientem ut dæmoni sese dedat, ab illius discipulis demigrantem ut adversariis ejus præficiatur, ejurantem apostoli munus ut proditoris partes impleat, præbentemque se Principum Sacerdotum ac Pharisæorum odii servum et ministrum potius quàm Jesu Christi charitatis ac sacerdotii adjutorem. En ergò præest abjectis nefariisque hominibus Jesu Christi apprehendendi gratiâ armatis; et qui venit sotes quæsiturus, ut illis vitam daret, ipse quæritur à sontibus ut interficiatur. Isti non verentur profiteri à se quæri Jesum Nazarenum; vixque illis dixit Jesus Christus: *Ego sum*, cùm omnes humi procumbunt, ac ne unus quidem Dei dexteram omnipotentemque Jesu Christi vocem agnoscat. Mirum! Judas apostolus, qui tot cumulatus beneficiis, Jesu Christi miraculis adfuit ejusque verbo tamdiù nutritus est, sternitur velut cæteri, nec ad Deum se convertit (*ou bien*: nec à scelere se abstinet); Saulus autem, apostolorum et Ecclesiæ insectator, qui Jesum Christum nunquam novit, et solummodo christianorum cædem anhelat, vix sternitur cùm arma abjicit, fitque è lupo cædis avido agnorum mitissimus. O Deus! quàm profunda mentique humanæ impervia sunt tua consilia! Hæc adoramus hisque nos subjecimus.

Thème 243.

De Christi Passione sequitur.

Qui non intremiscit quod unus è Jesu Christi gregis ducibus in luporum latronumque ductorem mutatur eum fugit quousque, cum cæcato ac depravato sit corde, valeat quis procedere. Quò sanctior est dignitas, eò magis timeamus. Quò quis è sublimiori loco, eò magis terribilem in modum corrui (ou bien : eò periculosius corrui). — Quis non horrescat cum videt unum e christianæ cum uno è Judaicæ Ecclesiæ principibus coeuntem ut Ecclesiæ caput atque fundatorem tollendo ipsam pessumdent Ecclesiam? Quam sacrilegam pactionem Salvator perfacile dirimere potuisset; at peccatum peccato deleri oportebat, morique vitæ Auctorem ut mortem ejusque imperium everteret. — Cum apud homines nihil atrocius veniaque indignius ducatur, quam alapa cædi, et hoc perferre voluit Jesus Christus, ut ignominia afficeret eradicaretque hominum superbiam, nobisque præberet patientiæ exemplum, quod nobis erit damnationi, nisi illud imitemur. — Quid Jesu Christo acerbius, quam ab amico tradi et venundari, ejurari ab alio, à cunctis derelinqui, cum ita dignus esset qui constanter amaretur! Ne miremur autem quod Jesus Christus ab hominibus derelictus est, cum venerit ut hominum qui veritatem deseruerunt pœnam persolveret, illisque præstaret ne à Deo desererentur.

Thème 244.

De Christi Passione sequitur.

Sidigna fuerunt sancti Petri vincula quæ peculiari modo in Ecclesia colerentur, quanto majori nobis debent esse venerationi Jesu Christi vincula! — Cum sanctum Petrum audio jurantem sibi ignotum esse Hominem Deum, non possum quin me sic interrogem: « Nonne ille est qui « olim dicebat: Domine, ad quem ire possimus? Nobis

« non licet dubitare quin vitæ æternæ verba habeas: te « Christum Dei Filium esse nos credimus. » — Iste Jesus Christum ejurat, qui se illius discipulum non audet profiteri. Quidam columnæ instar firmos se existimant, qui arundine fragiliores sunt; et quidam putant se Dei gratia posse mortem oppetere, qui veluti sanctus Petrus, famulæ voci resistere non possint. Quis valeat Jesu Christi silentium non demirari? Licet eum calumniatur, argui se patitur, nec tamen os aperit ut crimen diluat. Interrogatus autem utrùm ipse sit Christus Dei Filius, sanè quidem non silet de veritate cujus causâ mori volebat, et cujus gratiâ tam multi martyres sanctissimi sui ducis exemplo mortem erant perlaturi. — Postquam ipse vitæ Auctor morte dignus æstimatus est, numquid nos queri audebimus, quòd homines de nobis iniquum ferant judicium?

Thème 245.

De Christi Passione sequitur.

Pilatus insontem esse Jesum Judæis frustra demonstravit; frustra excogitavit quomodo illum istorum furori subtraheret, sive virgis cædi jubendo, ut eos ad misericordiam alliceret, sive cum Barabbâ æquiparando. Vix dixit: Utrum dimitti vultis vos, « Jesumne an Barabbam? » cum exclamaverunt: « Dimittatur Barabbas, Jesus autem crucifigatur. » Proh hominum cæcitas! Salvatorine præpositum fuisse latronem, pacifico Regi seditiosum, vitæ Auctori homicidam! Usque adeo abiecit se Dei Filius, ut nobis salutem, pacem æternamque vitam emeret. Magis autem in peccatum quam in Judæos exardescamus indignatione, quandoquidem peccata nostra Judæorum ore Jesu Christi mortem poposcerunt. Deo satisfieri oportebat, nec potuit nisi crucis sacrificio. Non potest quin indignetur, qui meminit minùs vitæ dignum æstimatum fuisse Jesum Christum quam latronem homicidamque: quid aliud autem agit pecca-

tor, qui, postquàm gustavit quàm suave sit Domini jugum, illud exculit, ut peccato inserviat? Nonne æquiparat, imò anteponeit Jesu Christo Barabbam, qui mavult suis cupiditatibus obsequi quàm Evangelio; profano quàm divino Spiritui; prioris Adami sontis, quàm posterioris qui ipsa est sanctitas propensionibus? Quod fecerunt Judæi, hoc nos horrescimus; et meritò quidem indignamur. Illi tamen semel tantum fecerunt, nos vero singulis diebus, nec tamen commovemur, nec animo advertimus.

Thème 246.

Pietatis in patrem præclare factum.

Dux quidam militum ad suam redibat legionem. Dum iter pergeret, nonnullos scribebat milites, quibus suam compleret cohortem. Plures ille homines in civitatula invenit, ubi una commoratus est hebdomade. Pridie quam dux proficisceretur, quidam prodit juvenis egregia quidem facie. Cui nescio quid ierant ingenuitatis, quæ duci cupiditatem iniecit illum inter suos adscribendi. Id illi exponit; at totum videt contremiscentem. Quæ primum perturbatio illi è quadam innata verecundia, aut metu libertatis, homini imprimis charæ, amittendæ orta videtur. Suspicionem juveni indicat, ejusque animum confirmare tentat. Cui juvenis: « Proh! istam mihi verecundiam solus repulsæ metus iniecit; quam si tulerò horrenda mihi imminet calamitas. » Quibus dictis, nonnullæ oculis effluerunt lacrymæ.

Thème 247.

De Pietate in patrem sequitur.

« Mihi, dux ait, pergratum foret tibi satisfacere; quas tu condiciones statuis? » « Illas ego, juvenis ait, contremiscens profero; forte nimis tibi videbuntur: juvenis ego sum, eximia statura, forti ad bellandum animo; me

vero cogit miserrimus casus nimium expostulare pretium. Nil ego deducere queo. Ni res ita cessisset, operam ego meam certe non venderem; nec ego te subsequi valeo, nisi quingentis numeratis francis argenteis. » « Grandis quidem est pecunia, dux subjicit; at ego tecum de pretio non contendam, atque a te postulata sum jam persolurus; hic nomen subscribe, et sta paratus ad una mecum cras proficiscendum. »

Thème 248.

De pietate in patrem sequitur.

Grato perfusus animo juvenis quingentos, velut dono datos, francos argenteos accipit; conscriptioni nomen subscribit, et ducem rogat ut sibi liceat munus piissimum obire. Dux illam miratus festinationem, monnihil suspicatur; juvenem subsecutus, ad carcerem videt properantem, atque præcipitanter fores pulsantem. Quibus vix apertis, carceris præpositum allocutus: « Pecuniam, inquit, accipe, de qua meus est detentus pater: me ad illum perducas; mihi contingat ejus vincula rumpere. » Dux stat paulisper; juvenem videt in ulnas patris ruentem; quem lacrymis irrorat, et edocet sese suam vendidisse libertatem, ut suam genitor recuperet. Natum captivus sua vice deosculatur.

Thème 249.

De pietate in patrem sequitur.

Dux permotus accedit: « O senex, inquit, te ipse consolare; tuum ego tibi filium haud eripiam; et ego tam præclare facti laudis particeps esse volo: et tu et ille liberi estis; haud ego pecuniam desidero, qua tam præclare usus est. » Ducis ad genua provolvuntur pater et filius; oblatam hic abnuat accipere libertatem, ducemque rogat ut sibi illum sequendi det veniam: « Patri, inquit, nihil me opus est: illi tantum oneri esse valeo. » Nec dux

recusare potuit. Tempore solito juvenis militiam exercuit, nonnihil pecuniæ ad patrem interdum mittens; cum autem discedendi copia facta est, abiit seni famulatum præstiturus, quem laboris pretio sustentavit.

Thème 250.

Hierosolymæ obsidio.

Aliquot annis antè Hierosolymæ excidium, cum quidam rusticola, nomine Jesus, ad Tabernaculorum festum venisset, repente in templo cœpit clamare: Vox ab oriente, vox ab occidente, vox à quatuor ventis, vox in Hierosolymam et templum, vox in totum istum populum. Nihil obstare poterat quominus ita diu noctuque per omnes urbis vicos clamaret. Quo sermone offensi, nonnulli ex optimatibus, apprehensum hunc hominem malè habuerunt. Non commisit ut ad se purgandum aliquid verbi proferret; nec questus est quod sic malè haberetur, at veluti antea clamare perstitit. Magistratus aliquid divini inesse existimantes, illum ad præfectum nomine Albinum duxerunt, qui adeo sævum se præbuit, ut eum virgis cædi ossiumque tenus lacerari jusserit. At homo ille nihil exorans, nullasque fundens lacrymas, singulos ad ictus solummodo exili ac flebili voce respondebat: Heu! heu! Hierosolyma! Ab Albino interrogatus undè esset, undè veniret, et quâ de causâ sic loqueretur, nullo responso edito civitatem lamentari perstitit. Quem Albinus insanire existimans, statuit eum dimittere.

Thème 251.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Per septennium et menses quinque eo more vixit Jesus, nec quisquam eum vidit cum aliò loquentem, vel querentem de iis à quibus quotidie malè accipiebatur, aut victum sibi præbentibus gratias agentem. Frustrâ eum hic et ille præcontabantur, solâ mœstâ lamentatione

respondebat. Præsertim festis diebus clamantem eum audiebant; et, quod sanè mirandum erat, quamvis continuo clamaret, vox ejus non tenuabatur. Quando obsessa fuit civitas, videbant eum circâ mœnia incedentem et clamantem: Væ urbi, væ templo, væ populo! Adjecit tandem: Væ mihimetipsi! Hæc ultima vix protulit verba cum lapide balistâ vibrato interfectus est; quod quarto tantum post cœptam obsidionem anno evenit. Is fuit exitus Jesu, cujus vita adeo singularis fuerat.

Thème 252.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Nonne diceres, ut observavit unus inter celeberrimos Galliae episcopos, Dei vindictam omnium oculis quasi patuisse isto in homine, qui nonnisi ad proferenda ejus judicia vitam producebat? Quis dubitet quin ejus virtute ille indutus fuerit, ut ipsius clamores populi infortunis congruerent? Ne miremur quod adeo acerbè interierit: voluit enim Deus, ut ultionem magis perspicuam faceret, illum qui hujus ultionis propheta ac testis prius fuerat, ejusdem victimam fieri. Hierosolymæ calamitatum propheta, Jesus vocabatur. Quis non agnoscat Jesu nomen, quo pax et salus indicantur, luctuoso fieri debuisse præ-sagio Judæis, quos eo nocentiores videbat Deus, quod illud nomen in Salvatore despiciatam habebant. Qui eo ingrati animi processerant, ut Jesum gratiam, misericordiam vitamque nuntiantem rejicerent, nonne isti digni erant ad quos mitteret Deus alterum Jesum nil præter horrenda mala, ipsorumque exitium æquè proximum ac terribile denuntiantem?

Thème 253.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Sub idem tempus, Hierosolymæ multa acciderunt portenta, quæ, ut omnes fatebantur, portendebant calami-

tates impendentes isti civitati, apud Deum eo magis abominandæ, quod hominum Salvatorem morte affecerat. Anno undecimo Neronis, cujus adeo nobilitata est crudelitas, annoque post natum Jesum Christum sexagesimo quinto, mense aprili, quo celebrabatur azymorum festum, nonâ horâ nocturnâ, circâ altare et templum tanta lux orta est ut planè lucere diceres, quod semihorâ persistit. Templi porta orientalis, licet prægravis, quandoquidem area erat, eamque ægrè claudebant viginti homines, per noctem ultro aperta est, obstantibus nec veclibus ejus ferro instructis, nec pessulis in limen altiùs intransibus. Templi custodes perterriti nec sui compotes nihil priùs sibi faciendum putaverunt quàm ut irent ducem hæc de re monituri. Cùm eo hic advenisset, illam haud facilè clauserunt.

Thème 254.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Paucis post festum diebus, die maii vigesimâ primâ, antè solis occasum, totam per regionem in aere visi sunt currus militesque armati urbem, trajectis plateis, ambientes. Die festo Pentecostes, sacerdotes suo ut fungerentur officio templum ingressi, repente audierunt vocem dicentem : Hinc abscedamus.

Anno sequenti, anno scilicet sexagesimo sexto, cùm Cestius Syria præfectus, Antiochiâ Hierosolymam venisset, populumque recensisset, id imperatori litteris significavit, ut sciret ille magis formidandam esse gentem Judæicam quàm putabat, nedùm negligenda esset. Tùm Judæi effuderunt se obvia Cestio, hunc obsecrantes, ut ipsius auxilio à Flori tyrannide liberarentur. Cùm verò nihil impetravissent, Florusque in dies magis intolerandus fieret, nedùm quidquam de suâ ergâ illos crudelitate remitteret, palàm rebellare ausi sunt, bellumque susceperunt sibi eò luctuosius, quòd ad summum suæ gentis

exilium excessit. Ortum est mense maio anni post Christum natum sexagesimi sexti.

Thème 255.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Rex Agrippa omni ope atque operâ enixus est, ut ad æquum et bonum Judæos reduceret. Sed quamvis illis demonstraret quanta esset Romanorum potentia, quidquam paritum esset quod suscipiebant bellum, inanem prorsus sumpsit operam, atque Hierosolymâ excedere coactus est. Inter maxime seditiosos nonnulli, arce Massada de improvise occupatâ, Romanos qui in ea versabantur, parcentes nulli, trucidaverunt. Hierosolymæ, Eleazarus, adolescens quo nullus audacior, tuncque templi præfectus, perfecit ut suaderet ministris sacrificantibus, ne ullas jam nisi à Judæis acciperent victimas, nec sive imperatoris, sive Romanorum gratia offerrent, quanquam offerre antè soliti erant. Quibus cordi erat tranquillitas, ii neutiquam dubitantes quin tam grave facinus sibi pessimos exitus habiturum esset, ad Florum legatos, aliosque ad Agrippam sedulo miserunt, ut seditionem ab initio compescerent.

Thème 256.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Florus solo perturbationis flagrans desiderio, ut justas effugeret accusationes, quas in pace formidandas habuisset (ne in pace jure accusaretur), non commisit ut quas à se petebant mitteret copias. Non item Agrippa. Quantumvis indociles pervicacesque gessissent se Judæi, equitum tamen tria millia Hierosolymam misit. Hi à pontificibus, primoribus, cæterisque quietem optantibus adjuti, superiorem urbem expugnaverunt, invitis seditiosis templum urbemque inferiorem occupantibus. Ambæ istæ factiones per septem dies inter se pugnaverunt.

Cæsareæ, in Palestina gentiles, cum in Judæos irruerent, plus viginti millia interfecerunt, Florusque, cum reliquos quibus pepercerant comprehendi jussisset, in portus eos religatos misit. Tunc tota gens Judæorum furore inflammata est. Varias in partes distracti, Syrorum pagos vicinasque urbes depopulari cœperunt. Delebant alias, aliasque incendebant.

Thème 257.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Syri contra Judæis non pepercerunt. Quotquot apprehendebant in oppidis jugulabant; adeo ut urbs quælibet quasi in duos divideretur exercitus, totaque Syria in horrenda perturbatione versaretur. Videre enim erat plateas cadaveribus constratas, senes infantibus impositos, mulieresque absque sepultura relictas. Nonnullis vero in urbibus Judæi vel in suos fratres arma induerunt. Scythopoli expulsi ab incolis, coacti sunt in silvula se includere, plusque tredecies mille ab istis jugulati sunt. Quidam nomine Simon, quem suæ genti infestissimum viderant, cum istum luctuosum eventum cerneret, à semet poenas repetere voluit quod ex parte adjuvisset ut hæc fierent, atque exclamavit:

« Haud immerito poenas persolvo; at solâ manu meâ
« mihi pereundum est. » Tunc errantibus oculis suos aspexit singulos patremque canis apprehensum tranfixit gladio; haud secus matrem jugulavit, necnon et conjugem suosque liberos qui ictus videbantur appetere, nedum ullo modo obsisterent. Tandem sublato brachio, scilicet quò magis conspicuum esset istud horrendum facinus, gladium capulo tenus sibi in pectus infixit. Is erat Judæorum turor.

Thème 258.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Judæis eò magis luctuosum fuit Scythopolis exemplum, quòd in illos alias urbes exasperavit. Quis dicat quàm multa millia hic et illic occisi fuerint? Tyri, multis trucidatis, ferè cæteri in vincula coniecti sunt. Alexandria, horrenda facta est cædes. Præfectus enim cujus consilia audebant despiciere, in eos immissis cunctis militibus qui in urbe Alexandria versabantur, hos jussit non modò illis adimere vitam, sed etiam eorum bona diripere, domosque incendere. Judæi, postquam quàm maximâ fortitudine, vim vi repulerunt, cedere cœperunt, illosque Romani tum in plateâ tum in ipsorum domibus trucidaverunt, nullâ ætatis vel sexûs habitâ ratione, adeo ut tota regio sanguine inundaretur, numerumque quinquaginta millium æquarent congesta corpora. Reliquos misericordiâ motûs servavit præfectus. Ubi jussit cæde absisti, Romani milites, obtemperare assueti, discesserunt. Haud item Alexandriae populus: ab istis cadaveribus ægerrimè abstractus est; tanto odio Judæos prosequabatur.

Thème 259.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Cestius Gallus, Syriae præfectus, cum Judæos armatos passim videret, jam non cessandum putavit. Cum duodecimâ legione nonnullisque auxiliaribus copiis, duce rege Agrippâ, locorum magis gnaro, Antiochiâ profectus est. Captâ et incensâ urbe Joppe cuncti Judæi ad octo millia et amplius occisi sunt, in ditionemque ejus tota se dedit Galilæa. Aliquot inter seditiosos qui resistere ausi fuerant, plus mille interfecti fuerunt. Processit Cestius ad urbem Hierosolymam quò Judæi, Tabernaculorum festi celebrandi gratiâ, convenerant. Qui, armis sumptis, ex urbe catervatim egressi sunt; atque in Romanos magnis cum clamoribus irruentes, acies illorum perrupere, adeo

ut ipsum Cestii exercitum in periculum adduxerint. At postea tanto illis pavori fuit praeclara Romani exercitus instructio, ut relicta urbis parte exteriori, in urbem interioriorem atque in templum se receperint. Cestius, incensam magnam ex parte Hierosolymam, prae regia castra posuit, eam mente ut urbem superiorem oppugnaret.

Thème 260.

De Hierosolymae obsidione sequitur.

Nihil dubii est quin Cestius, si confestim impetum fecisset, bellum, urbem occupando, fuisset confecturus. Sed plerique eorum qui, equitatu praerant. Flori, Judaeae praefecti, plurimam corrupti pecunia, ab isto consilio eum averterunt. Die sexta templum oppugnari jussit: in eo erant Romani milites, ut suffoderent murum, portasque incenderent; parum aberat quin seditiosi animo concidentibus ad deditionem venirent; Cestiumque servatoris instar mox recepturus erat populus; at Cestius, quamvis belli conficiendi tam commoda se daret occasio, nihilominus abscessit. Tunc in Romanos irruerunt seditiosi, nec tantummodo illos a tergo adorti sunt, sed etiam per multos dies insecuti sunt, adeo ut totus Cestii exercitus penè perierit. Impedimenta ejus ceperunt; unde factum est ut tela tormentaque bellica quae obsidionis causa Cestius admoverat, postea usui fuerint Judaeis urbem Hierosolymam adversus Romanos defendentibus, nedum ea usui essent Romanis hanc urbem oppugnantibus. Damasci autem incolae vix de Romanorum clade audierunt, cum omnes Judaeos qui ipsorum urbem incolebant, gymnasio inclusere cunctosque ad decem millia, nulli parcentes, jugulaverunt.

Thème 26.

De Hierosolymae obsidione sequitur.

Ineunte anno Jesu Christi sexagesimo septimo, Antio-

chiam se contulit Vespasianus; deinceps in Galilaeam ingressus cum sexaginta millibus hominum, urbem Gadaram primo impetu captam incendit. Inde processit in urbem aliam (1), cui praerat Josephus historicus. Hanc, licet acriter repugnantem post dierum quadraginta obsidionem occupavit, primaque die julii, ipso jubente, faces ei subdiderunt milites. Non minus quadraginta hominum millia cecidere. Josephus in spelunca ubi latebat comprehensus, ultro hosti se dedit, invitis Judaeis cum ipso delitescens, qui se invicem occidere quam deditionem ad Romanos facere maluerunt.

Ubique varias in partes distrahebantur Judaei non modo in urbibus singulis, sed etiam in singulis domibus. Alii bellum, alii pacem expetebant. Hi autem juniores simulque audaciores prioribus majori sapientia atque experientia praeditis praestabant. Armis sumptis, apud vicinos depraedabantur: copiis deinde se conjungentes, totam regionem compilabant, adeo ut majorem quam ipsi Romani terrorem incuterent. Tandem istarum factionum duces direpto campo satiati, undique congregati, Hierosolymam moderatore destitutam invaserunt.

Thème 262.

De Hierosolymae obsidione sequitur.

Qui Hierosolymam se receperant seditiosi, ii impunè ibi latrocinari haud satis habebant. Viros spectatissimos vel luce palam necabant. Cum apprehendissent Antipam, publici aerarii praefectum, multosque alios è civitatis nobilissimis atque potentissimis, illos in carcere indicta causa jugulaverunt, falso arguentes quod urbem Romanis tradere voluissent. Potentissimos inter se dissidentes, alios in alios instigaverunt. Cum populus, impulsu Anani, caeteris pontificibus aetate necnon sapientia praestantis, in seditiosos insurrexisset, hi templo occupato, ibi se praesi-

(1) Nomine Josaphat.

dio munierunt. Quemdam nomine Phanium, hominem rusticum, tamque ignarum quam qui maximè, veluti theatri personam, sacris vestimentis ausi sunt induere. Tum populus istud atrox scelus non ferens, à zelatorum tyrannide se liberare statuit. Hoc enim præclaro nomine se dixerant seditiosi, perindè ac si solo religionis studio egissent.

Thème 263.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Optimates et pontifices, tum in concionibus tum in privatis colloquiis populum incendebant. Illum sedulo admonuerunt eo impietatis procedere zelatores ut templum indignè violarent, jugumque si subeundum esset, multo satius esse Romanis cum cæteris orbis gentibus obtemperare, quam paucis sceleratis. Non dubitaverunt istos adoriri in templo, quod eorum sanguine pollutum est. Zelatores vero, acriter pressi, exteriora templi claustra reliquerunt, ut interiora occuparent. Non commisit Ananus ut portas sacras ab istis clausas perrumperet, aut in sacrum locum plebem haud purificatam introduceret. Zelatorum autem duces, Eleazarus scilicet et Zacharias, nihil sibi præstabilius esse putaverunt, quam Idumæos arcessere, æquè irrequietam ac violentam, gentem, semperque ad ineundum prælium comparatam qui ad viginti millia accurrerunt. Clausæ quidem erant portæ, id vero non impedivit quin zelatores, favente vehementi tempestate quæ noctu intervenit, clam in urbem et templum illos introducerent.

Thème 264.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Zelatores itaque ab Idumæis quos in urbem atque in templum introduxerant adjuti, in excubitores sopitos plebemque cæteram tanto furore irruerunt, ut omnia loca

templo circumjecta sanguine inundata fuerint; cumque illuxit, quingenti mortui supra octo millia numerati sunt. Haud satis habuerunt Idumæi tantam stragem edidisse; sed cum in urbem se injecissent, domos diripere, omnesque obvios trucidare cœperunt. Sacricolas præsertim appetebant. Interfectis Anano et Jesu eorum cadaveribus insultavère, eaque inhumata reliquerunt. Deindè innumeram è plebe multitudinem mactavère, prout quemque obvium habebant. Singulos vero juniores et nobiliores in carcerem conjiciebant, sperantes suas in partes illos adductum iri; quos alliciendi si spes deerat, atrociter cruciatos trucidabant. Isto modo duodecim millia interemerunt. In illa autem corpora vix quispiam noctu tantillum pulveris audebat manibus injicere.

Thème 265.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Is erat populi pavor, ut quamvis acerrimis premeretur doloribus, suos tamen gemitus ac fletus cohiberet, donec se domi apprimè inclusisset: imo tunc circumspiciebant num quisquam auscultaret. Idumæos, cum viderunt quot et quam nefanda scelera patrarent zelatores, his auxilio venisse pœnituit, præsertim autem cum audivère primarios cives proditionis immerito insimulatos fuisse. E custodiâ ereptis duobus millibus inter eos quos zelatores in carcere asservabant, Hierosolymâ ad suos redeundi gratia excesserunt.

Profectis Idumæis, zelatores quo tunc licentiùs eo atrocius egerunt. Jamque ab illis nihil formidantes, adversarum partium nobilissimum quemque ac fortissimum mactavère. Nemo erat cujus perdendi illis præsto non esset causa. Quos si audires, arrogantior hic erat, nec ipsos adibat: ille ad ipsos accedebat familiarius; alius antè bellum ipsos offenderat. Si quis ipsis parcebat, ipsos volebat prodere; cunctosque, omni remoto discrimine, morte mulctabant.

Thème 266.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Certiores facti zelatores, multos, ut ex ipsorum manibus evaderent, ex urbe demigrare Romanis facturos de-
ditionem, portas viasque asservari jusserunt. Haud gra-
vius erat scelus quam velle ad Romanos transire; quo
de scelere qui solummodo suspectierant, interficiebantur,
ni vitam suam redimerent. Imo nefas erat illos sepeliri,
ita ut cadaveribus viæ consternerentur. Scelesti isti
zelatores jus gentium adeo non colebant, ut contra Dei
leges despicerent, audentque res divinas ludibrio ha-
bere, præsertim autem sacra vaticinia, quæ tamen ipsi,
inseci quidem, adimplebant. Orto etiam inter eos dissidio,
à se invicem cavebant. Præterea sicarii (seu interfectores)
Massadam occupaverant, quæ arx ab urbe Hierosolymâ
modico distabat spatio. Cùm Romanos cessantes viderent,
indè Paschatis nocte egredi ausi sunt, ut vicinos pagos
compilarent, adeo ut tota regio latrocinantibus redun-
daret. Non quod hæc Vespasianum fugerent, sed quod
dùm quiescerent ipsius copiæ, Judæos per se infringi
sinebat.

Thème 267.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Quod Neronis necem secutum est bellum civile, illud
in causâ fuit cur abscesserit Vespasianus. Quo absente,
adeo non melius res se habuere Judæis ut contra semper
crescerent eorum dissidia. Juvenis quidam, nomine Si-
mon, æquè audax ac validus, cùm de pontificis Anani
morte audivisset, egressus Massadâ, quo ad sicarios se
receperat, in Judææ montes se contulit. Ibi prope-
ranter comparatis copiis, adeoque potens factus ut totam Idu-
mæam Judæamque depopularetur, suâ feritate quam latis-
simè terrorem iniecit, castraque transtulit ad portas Hie-
rosolymæ; quæ urbs utrinque oppressa est: intus à

zelatoribus Galilæis, quibus quidam Joannes præerat;
atque extrinsecus a Simone ejusque exercitu. Pejores
autem erant Galilæi. Haud satis habentes divitum domos
perserutari, homines necabant, insultabant mulieribus,
prædæque onusti non erubescabant feminas tum fuce tum
veste imitari; at quamvis effeminati, haud minùs sævi
erant.

Thème 268.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Idumæi qui in Joannis exercitu versabantur, ab eo
alienati sunt. Istum adorti, multos ex ejus zelatoribus
occiderunt; captoque atque incenso quo se recipiebat
palatio, illum ac milites ejus in templum propulerunt.
Tunc timuerunt ipsi necnon et cives ne Joannes in des-
perationem adductus urbem noctu incenderet; nulloque
repugnante, decretum est Simonem accitum iri. Ubi in
urbem ille ingressus est, templum aggressi sunt; sed
frustrâ, adeo acriter pugnâvere zelatores. Hierosolymæ
tres vigeant factiones: Simon urbem superiorem, id est
montem Sionem occupabat, necnon inferioris urbis par-
tem. Zelatores autem duas in partes discesserant: Elea-
zarus filius Simonis qui primus illis præfuerat, indignè
ferebat quod Joannes tum audaciâ tum dolis dominatum
occupavisset. Cùm ab eo zelatores partim suâ disjunctis
solertiâ, munitionibus in templo se tuitus est. Quanto
superabatur numero, tanto præstabat loci opportunitate.
Joannes vero templi exteriora ac porticus necnon urbis
inferioris partem tenebat.

Thème 269.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Utrinque Joanni pugnandum erat: foris, adversus
Simonem plebemque Hierosolymitanam; intus, adversus
Eleazarum zelatoresque septos munitionibus. Dùm inter se

sæpiùs aggrediebantur, pleraque templo adjacentia incenderunt corrueruntque frumentum et alia cibaria, quæ ipsis ab exercitu Romano postea obsessis magnoperè prodesse potuissent. Quo in tumultu res divina adhuc fiebat. Eleazarus ejusque milites, rem divinam facturos, priùs quidem excussos, admittebant; cùm autem illum Joannes telis lapidibusque tormentorum ope vibratis sæpè lacerasset, interdùm fiebat, ut sacricolæ, aut illi quorum gratia sacrum faciebant, occiderentur vel sauciarentur, adeo ut templum sanguine et cadaveribus redundaret. Eleazarus autem ejusque socii oblatis in templo servatis alebantur, nec dubitabant ea edere, licèt immundi, imo iis se ingurgitare sæpiusque inebriari. Ea erat istorum zelatorum religio. Cùm imperator electus fuisset Vespasianus, Titus ejus filius, Alexandria se contulit Cæsaream, quò suum convocavit exercitum, ex quatuor legionibus, vicinorumque regum copiis auxiliariis conflatum, Deindè in Hierosolymam habito itinere circiter mille ab urbe passus castra posuit.

Thème 270.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Ab innumera multitudine quam conclusit Hierosolyma, quandoquidem hæc paulo antè Pascham fiebant, quidquid cibariorum ibi erat, brevi absumptum est. Urbem brevi invasit pestilentia quam fames secuta est. Azymorum die, scilicet aprilis decima quartà, anni septuagesimi Jesu Christi, cùm Eleazarus templi, cujus interiorum tenebat partem, portas aperuisset populo Deum adorare cupienti, Joannes, qui cæteris præerat zelatoribus, non commisit ut hanc occasionem prætermitteret, unàque cum populo plurimos è suis, licèt immundos, introduxit. Vix ingressi, quæ occultaverant arma ostenderunt, interfectisque multis Eleazari zelatoribus, templi partem interiorum haud ægrè occupaverunt. Sic ad Joannis partes rediit tota zelatorum factio. Suprà octo millia hi erant quadringenti

numero; partesque Simonis urbem occupantis ex decem millibus Judæorum, Idumæorumque quinque millibus constabant. Quæ ambæ partes, quamvis inter se dissiderent, adversùs Romanos nihilominùs coalescebant.

Thème 271.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Cùm ad urbem appropinquasset Titus, et in eam per dejectam muri partem tertia mai die ingressus fuisset, tota parte septentrionali usque ad vallem Cedron positus est. Tribus autem illis muris circumdata erat Hierosolyma. Quintum post diem, Titus secundi quoque muri parte dejectà, urbem attigit novam, atque ad tertium murum turrimque Antoniam pervenit. Ibi aliquandiu stetit: namque Judæi, cùm in eum non semel erupissent, tormenta ejus incenderunt. Frustrà omnem adhibuit lenitatem, obsessosque per Josephum historicum allocutus est, seditiosos commovere haud valuit. Cùm è plebe nonnulli aufugissent, quo vellent eundi his Titus copiam fecit. At Joannes Simonque custodiis portas muniebant, adeo ut Hierosolymà excedere haud faciliùs possent Judæi quàm Romani eo irrumperere.

Fames tamen intùs jam acriter ingravescebat. Nil enim frumenti supererat; atque factiosi in domos irruebant ut eas scrutarentur. Si quid frumenti repertum fuerat, sæviebant quod id non patefactum esset; sin autem nihil, cruciatus adhibebant, quod id solertius absconditum esset. Inspectis hominibus, judicabant iis qui à lapsu adhuc se sustinebant abundè adesse cibaria.

Thème 272.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Multi pro frumenti mensurà, pauperes autem pro hordeo elàm suas hæreditates cedebant. Deindè includentes se in domorum suarum parte penitissimà, alii granum etsi

erudum edebant, alii ex eo panem conficiebant, prout plusve minusve urgebant fames et pavor. Nullibi videre erat mensas epulis instructas: carnem enim ab igne semierudam retrahebant, sibi que invicem extorquebant. Præstabat enim quisque robustissimus; pudoremque fames excusserat. Panem tollebat ex ore mariti uxor, ex patris ore filius, et quod magis indignum est, mater ipsa ex ore infantis sui inter ipsius brachia pereuntis. Seditiosorum tamen aspectu se subtrahere non poterant. Clausum enim ostium cibaria adesse indicabat. Quo perfracto, seditiosi tunc adstantibus quos faucibus premebant, frusta eripere: ætate provector panem suum defendentes percutere: mulieres quod manibus tenebant abscondentes arripere capillis: rapere pueros cum pane quem tenebant, illosque ad terram allidere.

Thème 273.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Suam rabiem effundebant seditiosi præsertim in eos qui properaverant, priusquam ab ingredientibus impedirentur, frusta sorbere. Postquam æque turpes ac sævos cruciatus adhibuerant, hoc sæpe solummodo consequabantur, ut panem unum aut farinæ pugillum detegerent. Non quod istos seditiosos fames stimularer, sed quod in multos dies cibos volebant sibi parare. Illos non pudebat vel pauperibus eripere herbas quas hi noctu, vitæ suæ periculo extra urbem collegerant, imo abnegabant etiam illis partem quam Dei nomine ab ipsis petebant. Pro summo habebatur beneficio illis vitam non adimere. Ditissimos autem insimulabant proditiõnis aut transfugii, illosque interficiebant. Simon à se spoliatos ad Joannem, Joannesque alios ad Simonem mittebat. Nefas unum agnoscebant, nempe prædam inter se non partiri. Suam execrabantur gentem, exterisque gentibus minus odium testabantur.

Thème 274.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Ex istis tamen seditiosis nonnullos fames cogebat, veluti cæteros, egredi ut herbas perquirerent. Illos Titus à suis equitibus explorari jussit. Cum iis apprehendebantur quoque nonnulli plebei qui absque prælio hosti non audebant se dedere, veriti ne idcirco in suas uxores suosque liberos seditiosi animadverterent. Qui armati deprehensi fuerant, hos Titus jubebat crucifigi, neutiquam attendens utrum è seditiosis essent, necne. Unoquoque die vel quingenti, pluresque interdum, crucifigebantur, adeo ut deessent cruces, locusque iis erigendis opportunus. Milites, ludibrii causâ, alios in alio corporis habitu cruci affigebant. Sanè quidem seditiosi plebem tali accendebant spectaculo; raptisque in murum cruciatorum cognatis et amicis demonstrabant quàm prodesset Romanis se dedere. Titus autem nonnullos amputatis manibus ad eos remisit; nihil autem illos terrere aut lenire poterat.

Thème 275.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Titus, ut seditiosos planè inediâ consumeret, illos prorsus includere statuit, jussitque copias totam circâ urbem murum extruere, duas leucas circuitu patentem, munitumque tredecim modicis propugnaculis in quibus nocte ac die excubias agebant. Quod opus, quantumcumque erat, intrâ triduum confectum est. Includens ad eum modum Hierosolymâ, fame integræ tollebantur familiæ, adeo ut ædes mulieribus ac infantibus mortuis, vici senibus consternerentur; videre erat in plateis juvenes inflatos, spectrorum instar prorepentes, deinque repenti concidentes. Deerant vires atque animus ut mortuos sepelirent. Nonnulli autem alios humando moriebantur; multi sepulcris suis se committebant ut

mortem ibi expectarent. Jam non lacrymas fundebant, jam non clamores audiebantur, adeo alto silentio et quasi nocte luctuosa obstupebat civitas. Aedes vero aperiebant seditiosi, ut mortuos spoliarent. Quibus exspoliatis, corridentes abibant.

Thème 276.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Eo immanitatis venerant zelatores, ut in cadaveribus aut etiam in spirantibus adhuc gladiatorum suorum mucronem explorarent. Si quis autem rogabat ut conficeretur, abnucebant. Morientes ad templum oculos convertebant, quasi querentes quod Deus scelestos istos adhuc vivere sineret. Primum mortuos sumptu publico humanos curabant, ne fetore implerentur; postea cum nimius esset numerus, illos è muro in fossas dejecerunt. Quas cum cadaveribus refertas Titus vidisset, odore emisso læsus, fertur suspirasse atque sublatiis manibus non dubitavisse Deum attestari se auctorem non fuisse quod talia fierent; quibus miseriis ut finem faceret, jussit suos ab inceptis non desistere.

Qui poterant ad Romanos evadere, ii hydropicorum modo tuebant, moxque rumpebantur, quod repente nimio cibo se obruerant. Unus inter illos qui fugerant à Syris deprehensus est, cum ex suis excrementis nummos aureos extrahebat. Namque auri magna vis in urbe erat; illudque sorbuerant, ut perquirentibus seditiosis subducerent.

Thème 277.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Cum per castra percrebuisset auro refertos esse transfugas, his Arabes Syrique ventrem aperiebant eorumque viscera scrutabantur. Unam itaque intra noctem vel bis mille sic eviscerati reperti sunt. Quo audito Titus de-

nuntiavit quemlibet istiusmodi barbariæ convictum morte mulctatum iri. Id non impedivit quin Arabes et Syri multos Judæos, insecis Romanis, eviscerarent. At plerisque, nulla re reperta, minime profuit quod tam inhumanè egerunt.

Unus è transfugis Tito narravit per unam portam sibi commissam, supra centum quindecim millia corporum, octingenta octogintaque ablata fuisse, ab aprilis die decimâ quartâ, quâ cœpta erat obsidio, usque ad primam julii diem; solummodo autem memorabat pauperes, quos, cum de publico sepelirentur, debebat numerare, ut gestantibus operæ pretium persolveret. Cæteri autem à consanguineis humabantur. Dixerunt alii transfugæ sexcenta millia pauperum cadavera per portas projecta fuisse, atque innumerabilem esse cæteram multitudinem; cum autem pauperes tollendi jam deesset facultas, eo necessitatis ventum est, ut congererentur in amplissimis ædibus quæ, ubi cadaveribus redundabant, observabantur.

Thème 278.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Transfugæ insuper narrabant frumenti mensuram uno talento, scilicet saltem bis mille libris, venire; et cum jam non possent egredi ut herbas colligerent, nonnullos videre erat qui vel cloacas perscrutati, ut vetus sterco bubulum ibi exquirerent, vorare non cunctarentur quod antea vel aspicere non potuissent. Talia audire Romani non poterant quin perhorrescerent; factiosi autem Judæi nullâ moti commiseratione ea cernebant. Cum ideo istorum furor magis exardesceret, non reformidabant pedibus calcare congesta cadavera quibus redundabat civitas, ut ad prælium procederent adversus alienigenas, civium suorum adhuc cruentati sanguine. His jam non spes victoriæ, sed salutis desperatio, animos suggerebat.

Thème 279.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Haud sinè multo labore Romani novos aggeres extruxerunt, adeo rara erat materia : namque ferè vel ad quatuor leucas quærenda erat. Regionem totam arboribus nudaverunt, adeo ut Hierosolymæ circumjecta loca, quamvis priùs admodùm amœna, prorsùs deturpata vix agnoscerentur.

Titus post sæva equidem prælia expugnatam arcem Antoniam, licèt acriter obsistentibus Judæis, diruit, potuitque tandem ad templum accedere decimâ septimâ julii die, quâ, deficientibus sacrivicolis, sacrificium perpetuum desierat : quæ res populo quàm maximo fuit dolori. Titus tum per Josephum tum per se ipsum rursùs, at frustrâ, conatus est seditiosos ad deditiõnem, haud expugnato locos sancto, impellere. Templi duas exteriores porticus, illud ad septentrionem occidentemque sepientes, occupavit, quarum cum partem unam Judæi jam incendissent, alteram partem Romani incenderunt.

Fames tamen in urbe in dies ingravescibat. Si vel minimum probabile erat in domo aliquâ cibos adesse, erumpebat bellum, et qui sibi invicem erant charissimi, ii inter se manus conserere nequaquam dubitabant. Videre erat latrones, canum instar rabie percitorum, cursitantes, pulsantes ostia atque in easdem domos unam intrâ horam bis terve irruentes. Nullâ re dens abstinēbat, ne iis quidem quæ belluis maxime immundis haud erant usui. Non commiserunt, ut zonas suas, aut solearum corrigias, vel scutorum pelles omitterent.

Thème 280.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Accidit ut mulier quædam, nomine Maria, Eleazari filia, genere haud minùs clara quàm opibus, in urbe, veluti cæteri, inclusa fuerit. Huic quidquid attulerat

eripuerunt seditiosi, tandemque reliquas illius gemmas, imo et cibum quem singulis diebus quæritans vix reperiebat. Dolore percita, contumelias ac maledicta in eos congerit; mortemque adeo non horrebat ut contrâ nihil longius ei esset, quàm ut eorum interiret manibus. Tandem tam fame quàm desperatione exstimulata, infantem suum quem suo alebat lacte apprehendit, atque eum turbatis oculis intuita : « Puer infelix, ait illa, quibus « nam ego te servo? Nùm ut fame pereas, an ut Romanorum fias servus, an ut in istos seditiosos etiam perjores incidas? » Tunc amore materno haud coercita, sustinet illum occidere, et corporis, postquam id torreri curavit, mediam comedere partem, altera abscondita. Odore autem carnis allecti accurrerunt seditiosi, strictisque gladiis mulieri citam minati sunt jugulationem, ni sibi caro ostenderetur. « Vobis ego, ait, insignem partem servavi, » infantisque quod reliquum erat antè eorum oculos proposuit. Illi autem, quamvis feroces, perhorruerunt, eamque fixis intuentes oculis, immoti nec sui compotes torpebant.

Thème 281.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Hæc vero non turbata : « Infans meus ille est, « ait; illum ego occidi; de illo postquam ego comedi, et « vos comedere potestis. Nùm vos muliere delicatioris « estis, nùm vos matre amantiores? » Licet belluis ferocissimis sæviores, intremuerunt tamen, nihilque priùs agendum sibi putavère, quàm ut se foras proriperent. Per totam urbem de exsecrando facinore mox fama percrebuit. Horruit quisque, perindè ac si istud ipse admisisset, nec poterant quin euperent sortem eorum qui e vitâ migraverant, priusquam erumperet istiusmodi calamitas. Egrè crediderunt Romani. Nonnulli equidem miseratione commoti sunt; at plerique quibus horrorem incutiebat istius modi narratio, miserrimæ

genti etiam magis infensi evasere. Titus non potuit quin rursus Deum testem adhiberet istos voluisse bellum atque pacem et veniam sibi ab ipso oblatas renuisse. Ità adimpletum est, et quod per Moysen Deus suæ plebi universæ minatus fuerat, et quod speciatim Hierosolymæ filiabus prædixerat Jesu Christus, nempe venturum esse diem quo haberentur felices illæ quæ non genuissent.

Thème 282.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Octavâ mensis augusti die, Romani secundum templi ambitum oppugnare cœperunt : sed quamvis omnibus conniterentur viribus, muros ejus arietibus demoliri, portarumque limina auferre nequivere, cum ampliora et inter se validissime conjuncta essent saxa. Nec etiam potuerunt ad porticus scalas admovere, adeo acriter Judæi repugnabant. Cum igitur Titus secundi ambitus templi portas incendi, coactus quidem, jussisset, flamma attigit porticus, quæ per reliquam hanc diem totamque noctem sequentem flagrârunt. Titus alique duces templum ipsum servare optabant, at augusti decimâ die, Judæi illud tuentes, cum irruissent in Romanos qui, jubente Tito, secundi ambitus incendio compescendo operam dabant, in templum retrusi sunt. Tunc unus è Romanis militibus, injussus quidem, sed quasi divinâ vi impulsus, ardentem facem ex isto igne extractum, instigante altero milite, projecit in unam è fenestris inauratis cellarum quæ templo septentrionem versus erant adjunctæ. Flamma mox erupit: frustrâ Titus ipse eo advolvit. Is enim erat tumultus, ut ad obsequium milites adigere nequiverit. Cum ignis ipsam templi partem interiorem invasisset, illud ex toto absumpsit, quamvis omni conatu opprimeretur.

Thème 283.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Sic adimpletum est quod prædixerat Jesus Christus, nempe destruendum esse templum, nec in eo lapidem super lapidem relictum iri. Exustum est illud posterius templum eodem die ejusdem mensis, quo prius à Nabuchodonosore combustum fuerat. Quotquot autem ibi adfuere trucidati sunt, omni ætatis, sexus, conditionis remoto discrimine: ita ut altare congestis circumdatum esset cadaveribus, lateretque pavementum: adeo sanguine et cæde opertum erat. Soli seditiosi, stricto gladio, evasere, atque in montem Sionem se contulerunt. E plebe quæ in templo periit, sexies mille erant, viri, mulieres, pueri, quos deceptos pseudopropheta, eò ex urbe adduxerat asserens Deum sic jussisse, eumque ibi salutis pignora esse daturum. Multi erant istius modi deceptores, quorum ope plebem detinebant tyranni, impediebantque ne Romanis se dederent. Combusto autem templo, Romani præ portâ orientali sua vexilla fixerunt, atque ausi sunt in ipso loco sacrificare diis, qui vexillis erant impositi.

Thème 284.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Cum seditiosi eo insolentiæ processissent ut noluerint victori se permittere, adeo iratus est Titus, ut incensâ ex toto urbe inferiori, superiorem urbem oppugnaverit. Quo cum ingressi fuissent Romani, die octavâ septembris ejusdem anni, scilicet anni septuagesimi Jesu Christi omnia ferro et igni vastaverunt. Cum reliquas tum templi tum urbis partes in totum evertissent, terram aratro subverti jussit Titus. Quamdâ murorum partem, occidentem versus solummodo servavit cum tribus turribus, ut ex earum rerum pulchritudine cognoscerent posteri quanta fuisset olim istius infortunatæ civitatis magnifi-

centia. Tanta fuit præda, ut aurum dimidio minoris in Syriâ valuerit (*ou bien* : ut auri pretium in Syriâ ad dimidium decreverit). In cloacis vero subterraneis reperta sunt circiter bis mille corpora Judæorum qui fame aut morbo interierant, vel qui sibi invicem vitam ademerant potius quàm Romanis deditioem facerent. Ambo tyranni Joannes et Simon, qui ibi delituerant, tandem se dedidère, triumphoque servati sunt. Numerantur vel undecies centena millia Judæorum per hanc obsidionem morte absumptorum, nonaginta septem vero millia venditi sunt quos vix ulli volebant emere.

Thème 285.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Titus coronas sibi à gentibus vicinis oblatas abnuitt, dicens, id opus suum non esse, atque vindictæ Dei Judæis irati se duntaxat ministrum fuisse. Hierosolymæ autem legionem reliquit, quæ rudera custodiret; comitantibusque duabus aliis legionibus, rediit Cæsaream, quo omnes captivos cum totâ prædâ congregavit, ibique per reliquam anni septuagesimi partem commoratus est, dum prospero tempore in Italiam per mare iter faceret. Cum Romam appulisset, de Judæâ cum Vespasiano patre suo triumphum egit. Quo in triumpho ducti sunt Joannes et Simon, seditiosorum duces, cum septingentis Judæis corporis formâ inter cæteros conspicuis. Ut mos erat, Simon, tanquam hostium dux, ultimo affectus est supplicio. Si undecies centena millia qui in obsidione perierunt annumeres, hoc in bello varios per casus occubuère quadringenti nonaginta Judæi, supra tredecies centena et triginta septem millia (1). At quantum abest ut omnes numerati fuerint! Hæc belli Judaici historia græcè scripta fuit à Josepho, quem captum imperator in

(1) C'est-à-dire quatre cent quatre-vingt-dix juifs, au-dessus de treize fois cent mille (s. ent. millia) et de trente-sept mille.

libertatem vindicavit. Cum Josephus rebus gestis interfuerit, atque in Judaico perstiterit cultu, injuriâ sanè conjiceretur illum voluisse demonstrare adimpleta fuisse quæ Jesus Christus prædixerat.

Thème 286.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Nemo potest non expavescere, dum apud Josephum legit quæ hoc in bello patrata sint, et præsertim quæ inhumanè gesta sint a zelatoribus, quorum operâ ad suiltionem utebatur Dei justitia. Omnes fugiebat, ait quidam auctor, undè istis inditum esset nomen illud, aut quare progenies æquè impia ac sanguinis avida, simul Deo, templo, patriæ suæ ac naturæ ipsi infensa, hunc titulum usurpare auderet. At si vel minimum ad rem animum intenderis, videre erit istos potius quàm Romanos haud impari tum Hierosolymæ sceleribus, tum pœnis quibus digna erat, zelo flagravisse. Istas harpias tolle, intus quieta fuissent omnia, atque miserrimo cuique fuisset solatio, quod incumberet necessitas. Multis aliis urbibus, fatendum est, perferendæ fuerunt obsidionis, aut famis, aut pestis acerbitates; at inauditum est, ad miserias quæ verbis exprimi non possunt, nonnullis à civibus adductos fuisse cæteros concives; illosque eo furoris processisse, ut suis fratribus vel postremum panis frustum eriperent, atque senes, mulieres et parvulos horrendis torquerent cruciatibus, dum ipsi eorum miseriis aspectis gauderent, inter se tamen capitali odio beligerantes, nec unquam conjuncti nisi ut nefaria patrant.

Thème 287.

De Hierosolymæ obsidione sequitur.

Singulare est semperque erit hoc exemplum; necesse autem erat rem ita se habere, seu ut quod prædixerat

Jesus Christus verum esse probaretur, seu ut eo melius inter se convenirent et poenae quas solvit Hierosolyma, et scelus quod admiserat suum Deum crucifigendo; cui sceleri nullum simile unquam antea fuerit nec jam futurum sit. Ecquid apertius divinam demonstrat ultionem, quam multitudo eorum qui à Romanis prae fratrum suorum oculis crucifixi fuerunt, atque inhumanitas habita in ipsos transfugas, qui sibi in Romanorum castris aliquid levamenti et securitatem promiserant, nedum cruciatus suspicarentur? Quidquid enim crudelissimum in scelestis crucifigendis potest exerceri, quidquid contumeliosum ad horrendum istud supplicium potest accedere, adhibitum est à militibus qui istis miseris eo lubentius insultabant, quod irà atque odio incendebantur. Quis non exhorrescat cum meminit tam multos Judaeos, postquam crudeliter virgis caesi sunt, in Hierosolymae conspectu crucifixos fuisse, tantisque, dum pendebant, laesos esse contumeliosis? Quis non agnoscat eos talia ac tanta jure fuisse perpressos, eo fine scilicet ut poenas solverent illius furoris quo ipsi iisdem cruciatibus iisdemque opprobriis Messiam affecerant?

Thème 288.

Sancta Genovefa.

Sancta Genovefa Nannetoduri propè Lutetiam, ferè anno Jesu Christi quadringentesimo vicesimo octavo habuit. Circiter septimum duntaxat annum attigerat, cum sanctus Germanus, episcopus Antissiodorensis, sanctusque Lupus, Trecentis episcopus, per Nannetodurum iter egerunt, in Angliam ituri, ut Pelagianam haeresim refellerent. Uterque tantae sanctitatis existimationem sibi pepererat, ut ubi illos Nannetodurum advenisse auditum est, magna hominum multitudo circa eos confluerit, ut viri sancti ipsis benè precarentur (*ou bien*: ut ab illis benedictionem acciperent). Huc à patre et matre deductam

Genovesam, in mediâ turbâ afflatu divino internovit sanctus Germanus; et cum rogata accessisset, patri ejus ac matri ille dixit, coram Deo magnam fore hanc parvulam filiam, ejusque exemplo ad dominum multos adductum iri. Dein ab eo interrogata Genovefa velletne Deo se devovere, respondit hoc uno se flagrare desiderio. Die posterâ sanctus episcopus hanc, remotis arbitris, percontatus est num quod sibi pridè promississet recordaretur. « Recordor, respondit illa non dubitans et sine « mora, speroque id me Dei auxilio tuisque precibus servaturam esse. » Tunc sanctus Germanus in terram aspiciens vidit aereum numisma cruce signatum; quod ei dono dedit, obtestans illam ut id collo appensum gereret.

Thème 289.

De S. Genovefa sequitur.

Aliquanto postquam sancti praesules profecti sunt, die quadam Genovefa a matre sacram aedem petente manere domi coacta est. Genovefa vero obsecrante ut comitandi copia sibi daretur, mater nec filiae lacrymis nec precibus mota perstitit inexorabilis; imo fervidis ejus efflagitationibus vexata, tam vehementi exarsit iracundiâ, ut ei alapam impegerit. Furoris sui illico poenas dedit, caecitate enim affecta est, et penè duos annos lumine orbata mansit. Tandem recordata quod sibi sanctus Germanus praedixerat, jussit filiam aquam è puteo haustam sibi afferre, eamque crucis signo munire. Quam cum ei attulisset Genovefa, vix mater bis terve sibi lavit oculos, cum planè visum recepit.

Ab anno aetatis decimo quinto Genovefa coepit bis tantummodo intrâ hebdomadè cibum capere, nempe die dominica, quintaque feriâ; ita tamen ut his ipsis diebus nihil aliud cibi sumeret praeter panem hordeaceum et fabas ab unâ aut duabus hebdomadibus coctas, nec unquam nisi aquam potaret. Tam austero jejunio adjumento

erant preces fervidae et quasi perpetuae; tantamque vim lacrymarum coram Deo effundebat, ut locus in quo solebat orare istis difflueret.

Thème 290.

De S. Genovefa sequitur.

Tanta virtute licet praedita Genovefa, atrocissimis nihilominus calumniis impetita est. At virtutem spectatissimam exhibuit, nedum vindictae desiderio frenos remitteret, et lacrymas effundere suisque pro inimicis ac criminatibus secreto exorare satis habuit. Sanctus Germanus, in Angliam iterum profecturus, iter egit per Lutetiam, quo Sancta Genovefa, mortuis suis parentibus, se receperat ad matronam quae de fonte sacro olim susceptam ad se advocaverat. De Genovefa illico inquisivit sanctus episcopus. Hic tum plebecula in illam debacchata, ausa est virtutem ejus in hypoerisim ac superstitionem vertere. Sed frustra Genovefam probris laceraverunt; sanctus enim praesul, cum tam atrocibus calumniis nequam fidem adhiberet, velletque demonstrare de illa se longè aliter sentire, illam invisit, et reverentiam quam omnes demirati sunt adversus eam exhibuit.

Attila autem qui se ipse Dei Flagellum nuncupabat, devastatis multis imperii Romani provinciis, in Galliam cum formidando exercitu pedem intulerat. Cum ea fama Parisiis trepidationem fecisset, cives suam in urbe haud tutos existimantes, constitutum ac deliberatum habebant in oppida munitiora cum suis bonis se recipere.

Thème 291.

De S. Genovefa sequitur.

Pavore percussam totam Lutetiam, congregatas matronas Genovefa hortata est, ut precibus, vigiliis ac jejuniis iracundiae divinae flagella averterent. Illi fidem adhibere,

pluresque dies in aede sacra orando egerunt. At longè abfuit ut viri Genovefae adhortationum rationem haberent. Frustram illis demonstravit Deo esse confidendum, futuramque praedixit ut urbs eorum servaretur, urbes vero in quas se recipere vellent vastarentur a barbaris, eam pseudopphetissam habuerunt (*ou' appellarunt*), eoque rabiei processere ut necem ei vellent machinari. Sed eo temporis puncto, quo cuncta Genovefae formidanda videbantur (*ou bien*: quò in extremum discrimen venisse videbatur Genovefa), animorum vel maximo furore percitorum repente divinitus tanta facta est mutatio, ut prava sua adversus illam consilia jam tum abjecerint; et cum vidissent ad urbem, prout praedixerat Genovefa, Hunnos non accedere, hanc, dum vixit, semper venerati sunt, fidemque ei habere. Pro singularis sanctimoniae praemio, miraculorum munere donata est, adeo ut opem ejus imploraturi undique accurrerent. Ineunte autem sexto saeculo obiit, fere nonaginta annos nata. Humatum est corpus ejus in aede sacra sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quae nunc sanctae Genovefae nomine insignitur.

Thème 292.

Sanctus Simeon Stylita.

Quantamcumque mirationem faciant ea quibus referta est sancti Simeonis Stylitae vita, caveamus tamen ne illa in dubium vocemus, quandoquidem referuntur à praesule Theodoro, qui inter antiquitatis ecclesiasticae scriptores gravitate et judicio spectatissimos jure quidem annumeratur. Cum enim Sanctum Simeonem suis vidisset oculis, et saepe sermonem cum eo habuisset, de illo adhuc vivente breviter scripsit, omnibus sui coevis sibi testibus invocatis.

Simeon in quodam Ciliciae pago ortum habuerat. Quem pater, qui pastor erat, suas oves pascere à pueritia edocuit. Cum die quadam, quae pecus, nive obstante,

egredi non poterat, Simeon in adem sacram se contulisset, audiit has voces ex evangelio recitatas : « Beati, qui lugent; beati, mundo corde. »

A quodam pio sene quæsivit quomodo attingi posset illa felicitas. « Illam assequimur, respondit senex, jejundo, atque variis diei horis et per noctem orando, ut sit in monasteriis. Mi fili, adjecit, perferenda sunt fames et sitis, injuriæ atque opprobria; oportet ingemere, lacrymari, vigilare; morbo velut valetudine uti, nullumque, persequentibus hominibus, expectare solatium. »

Thème 293.

De S. Simeone sequitur.

Simeon tùm duntaxat decimum tertium annum attigerat. Attamen sancti senis verba animum ejus adeo commoverunt, ut implorato Dei auxilio, sese receperit in monasterium, in quo octoginta monachi asperrimis pœnitentiæ laboribus se exercebant. Simeon omnes sodales suos corpus affligendo brevi superavit. Namque dum cæteri altero quoque die cibum sumebant, ipse solus una tantum hebdomadis die edebat, escam sibi præstitam pauperibus largiens. Hanc cibi abstinentiam corporis vexatione sanè singulari cumulavit. Cùm die quâdam ivisset aquam è puteo haustus, situlæ fune renes suos adeo arcè adstrinxit, ut in carnem penetraverit; quod solo odore et distillante sanguine patefactum est. Haud sanatum est vulnus nisi post biennium: quo facto, monasterio præpositus illum rogavit ut discederet, ne exemplum ejus noxium esset cæteris. Tunc in casulam derelictam se recepit, ubi Moysis, Eliæ ac Jesu Christi jejunium imitandi, omnemque cibum per totam Quadragesimam sibi subtrahendi consilium cepit. Narrat Theodoretus illum, cùm ipse hæc scriberet, jam octies et vicies quadragesimam eo modo traduxisse.

Thème 294.

De S. Simeone sequitur.

Simeon, cum tres annos in hac casulâ habitavisset, in summum montem ascendit, ubi confecto ambitu è lapidibus arenato non conjunctis se interclusum tenuit, statutum habens sub dio vivere, aeris injuriis exposito corpore. Trahebat crassam è ferro catenam, viginti cubitos longam, cujus extremæ partes hinc ad ingentem lapidem, illinc ad pedem ejus dextrum alligabantur, ne indè, quamvis voluisset, posset egredi. Postea vero ut Melecii, patriarchæ Antiocheni vicarii, qui ipsum inviserat, obsequeretur consiliis, extemplo opificem accersivit, qui hanc catenam avelleret.

Tùm vero de illo ubiquè audiri cœptum est. Ad eum multos ægrotos adducebant, rogantes ut illos sanos faceret. Qui voti compotes erant facti, beneficia ejus ubiquè pervulgabant, quæ de causâ vel plures circa eum rubeant, ut illum tangerent. At Simeon, ut turbam quæ ipsum orantem interpellabat à se removeret, decrevit columnæ insidere. Columnam primùm sex, dein duodecim, postea viginti duos, tandemque triginta sex cubitos altam extrui jussit. Hinc Stylites cognominatus fuit, è græcâ voce quæ idem sonat ac columna.

Thème 295.

De S. Simeone sequitur.

Multi vitæ institutum adeo singulare vituperabant; irridebant nonnulli; alii virum sanctum tanquam deceptorem contumeliis afficiebant. Usque eo venerunt Ægypti solitarii, ut se vellent ab ejus communione sejungere. Sed cum postea in hac agendi ratione Dei digitum agnovissent, non potuerunt quin eam demirarentur.

Simeon autem in columnâ orabat modo stans, modo inflexo corpore, nonnunquam expansis manibus. Singulis diebus precari non desinebat ab occasu solis usque

ad diei sequentis tertiam horam pomeridianam. Istā ab horā ad vesperum Simeon adstantes edocere, consilium à se petentibus responsum dare, sanare ægrōs, controversias dirimere, atque inter inimicos componere gratiam. Ad illum enim facilè patebat aditus; mitis ac hilaris erat, unicuique, etiam opifici, rustico aut mendico respondebat. Ad Christum adjunxit plura millia ethnicorum ex variis nationibus, qui cū ad eum venissent solā ducti curiositate, ad Christi fidem conversi revertebantur. Consilium ejus exquirebant episcopi atque imperatores de Ecclesiæ negotiis, quibus semper ardenti animo inservit. Magistratus ipsosque antistites suis de officiis liberrimè admonebat. De cætero adeo humilis erat, ut hominum postremum se existimaret.

Thème 206.

De S. Simeone sequitur.

Simeoniis quos sanitati restituerat nunquā non dicebat: « Si quis à vobis quærat quis vos sanaverit, dicite « vos a Deo sanatos: cavete ne de Simeone commemoretis: sin aliter, vos ego admoneo fore ut in eundem « morbum recidatis. »

Ferè anno Jesu Christi quadringentesimo sexagesimo, Deus illum hominem cui pœnitentiā singulari assimilandum nullum reperias ad se vocavit; circiter sexaginta novem annos natus erat, quorum triginta septem in columnā exegit. Cū illi hora instaret suprēma, corpus inclinavit brandi gratiā. Tres dies effluxere, nec eum surgentem vident. Miratus Antonius hujusce discipulus, ad eum ascendit mortuumque reperit. Quā de re statim certiore fecit Antiochenum antistitem, qui cū venisset, comitantibus tribus aliis episcopis, Antiochiam sanctum corpus transtulit, circumfluente ingenti plebis multitudine, quæ hymnos et psalmos cantabat.

Ea fuit sancti Simeonis Stylitæ vita. Christicolis ista

proponitur haud tanquam exemplum quod sequantur, sed veluti causa Dei sapientiam atque potestatem demirandi, qui per singulares admodum vias, à se electos interdum deducit in iisque, quamvis infirma sit caro, miracula operatur, quibus fidem adhibere vix possunt homines cæteri, nedum ea imitari seu intelligere valeant.

Thème 297.

Sanctus Paulus Eremita.

Paulus, eremi primus cultor, in inferiori Thebaide, Egypti provinciā, natus est. Cū tre familiari valeret, litteris studuit, atque in Græcorum Romanorumque scientiis multum progressus est (*ou bien*: atque Græcorum Romanorumque scientiarum peritissimus factus est). Cū ob Diocletiani persecutionem se abdere coactus fuisset, Deus illi in mentem iniecit ut cunctis nuntium remitteret, desertissimam solitudinem petiturus. Longum iter emensus, in imo monte ingentem speluncam reperit, cujus aditus saxo ocldebat. Curiositatis causā aperto specu, intus conspexit quasi amplum œcum, desuper apertum, annosāque palmā ramos suos expandente obumbratum. Indè fons admodum limpidus prorumpbat, pariebatque rivulum, qui propè extemplo sub terras rursus penetrabat.

Paulus cū existimaret divinam providentiā eum locum pro domicilio sibi paravisse, illic stetit, ut reliquam vitam ibi perageret. Palma autem quæ in specu erat victum vestitumque ei sappeditabat. Cū annum quadragesimum tertium attigisset, Deus illius alendi gratiā patravit miraculum quod usque ad mortem ejus produxit. Corvus enim illi, veluti prophete Eliæ, singulis diebus dimidium panem afferebat. Paulus in solitudine abstrusus, orando, resque æternas meditando, totam operam dabat.

Thème 298.

De S. Paulo sequitur.

Ita vixit Paulus usque ad annum ætatis suæ centesimum decimum tertium, soli Deo notus; omnibusque posteris ignotus existitisset, ni placuisset Deo illum, paulo antequam moreretur, prodere ea qua dicturus sum ratione.

Sancto Antonio, qui in aliâ Thebaidis parte jamdudum vivebat, cum nonaginta annos natus esset, die quâdam in mentem venit, præter ipsum nullum alium in deserto pleni perfectique solitarii hucusque vitam egisse. Nocte subsequenti illi revelatum est, remotiori in solitudine alium ipso multo meliorem existere, eumque adeundum esse. Ubi illuxit, senex sanctus in viam se dedit. Cum biduum totum incessisset, orandoque noctem subsequentem consumpsisset, primâ luce aspexit lupam secundum montem imum subrepentem, quærentemque aliquem rivum, quo sitim restingeret. Quam secutus oculis, ad specum accessit, cujus perobscurus erat aditus. Eo ingressus est, suspensio gradu incedens et absque strepitu, animam comprimens, subsistensque identidem auscultandi gratiâ. Tandem eum aliquid luminis prospexisset, properavit; pede autem ad lapidem offenso, obstrepuit.

Thème 299.

De S. Paulo sequitur.

Vix strepitum audivit Paulus, eum fores pessulo occlusit. Tunc Antonius eum præ limine humi se prostrasset, ibi vel post meridiem substitit, obsecrans eum ut aperiret: « Non te fugit quis ego sim, undè veniam, et quâ de causa huc venerim. Scio nec fateri dubito me indignum esse qui te videam. Haud abibo tamen quin te viderim. Quod si impetrare nequivero, mihi certum deliberatumque est ad tuum ostium expirare: tu saltem

« corpus meum sepelies. » Denique ostium Paulus illi aperuit. Inter se amplexati sunt, se invicem suo nomine salutantes, quamvis neuter unquam de altero audivisset, Deoque unâ gratias egerunt. Post osculum sanctum, eum uterque sedisset, Paulus, qui à nonaginta annis cum nullo sermonem contulerat, hisce orsus est verbis: « En adest quem tanto labore quæсивisti: quid vides? Corpus senectute confectum, canis incomptis opertum, hominem in pulverem mox resolvendum. At edoce me, quæso, quomodo genus humanum se habeat. Num in urbibus antiquis nova surgunt ædificia? Quomodo regitur terrarum orbis? existuntne etiamnum homines adeo cæci, ut dæmonum sint cultores? »

Thème 300.

De S. Paulo sequitur.

Dum ita colloquerentur, viderunt corvum arbori insidentem, qui volatu placido panem integrum ipsis apposuit atque evolavit. « Vide, ait sanctus Paulus, quam benigne nobiscum agat Dominus qui nobis prandium misit. Sexagesimum enim annum dimidiatum panem quotidie accipio; te autem adveniente, Jesus Christus cibum duplicavit. » Deum precati, in fontis margine sederunt, ut cibum sumerent; quo facto, totam noctem orando psalmosque cantando consumpserunt.

Cum illuxit, Antonio dixit Paulus: « Mi frater, jam pridem sciebam te in ea regione manere; cumque mihi promisisset Deus, semper speraveram me non moriturum esse priusquam te viderem. Sed quia adest quietis meæ hora, huc te misit ut terrâ corpus meum operias. » Tum Antonius lugere ac suspirare, obsecrans eum ut à se non discederet, sed ipsum potiùs in beatorum sedem secum deduceret. Cum Paulum penès non esset quod à se petebat illi concedere, satis habuit eum admonere ipsi suam privatam utilitatem fratrum utilitati, quibus ejus

documentis et exemplis adhuc opus erat, non esse proponendam.

Thème 30.

De S. Paulo sequitur.

Antonium autem rogavit Paulus ut, si posset, iret quaesiturus pallium quod ipsi munere dederat Athanasius, Alexandriae episcopus, idque ut sepeliretur afferret. Non quod multum curaret Paulus suum corpus sepeliri; sed Antonium volebat liberatum à dolore quem profecto hausisset, si ipsum animam efflantem vidisset. Antonius cum id miraretur quod de Athanasio et de pallio sibi modo dixerat, sibi visus est videre Jesum Christum in eo presentem, Deique Spiritum quo replebatur adoravit. Oculos ejus manusque deosculatus, nihil ausus reponere, lacrymis perfusus profectus est, ut in suum monasterium rediret.

Eo advenit valde fatigatus anhelusque. Cum illi obviam venissent duo ex ejus discipulis, qui jampridem ei ministrabant, illum percontati sunt ubinam tam diu moratus fuisset. « Heu miserum me peccatorem! res- » pondit Antonius, haud dignus ego sum quem solitarii nominent: vidi ego Eliam, vidi ego Joannem in « solitudine, vidi ego Paulum in paradiso. » Nec plura; sibi pectus percutiens, è cellula sua pallium deprompsit. A suis discipulis rogatus ut mentem suam explanaret (*ou bien*: ut aperte palamque diceret), solummodo respondit: « Ut tempus loquendi, sic tempus « tacendi est. » Cumque exiisset, nullo sumpto cibo, eadem reversus est.

Thème 302.

De S. Paulo sequitur.

Antonio nihil longius erat quam ut adveniret; Paulum solum in mente, Paulum solum pra oculis habebat,

timebatque ne suum ante reditum ille moreretur; quod quidem evenit. Prostridie autem manè Paulum, quem medium habebant angeli, prophetae et apostoli, luce coruscum in caelos ascendentem vidit. Extemplo humi prostratus, dum effusè lacrymat: Paule, ait, cur à me « discedis? Tene tam sero mihi notum fuisse, ut tam « cito ego te amitterem! » Se rursus in viam dedit, quam maximam adhibita celeritate. Cum in specum advenisset, corpus genibus nixum reperit, erecto capite, extensisque ad caelum manibus. Primum existimans Paulum vivere atque orare, et ipse oravit. Cum autem illum suspirantem non audiret, uti eum orando facere animadverterat, accessit eum amplexaturus, atque illum obiisse agnovit. Involutum corpus è specu extraxit; at deerat instrumentum quo terram effoderet. Cum valde doleret quid ageret nescius, duo leones ex ima solitudine ad eum accurrerunt. Venientes procubuerunt juxta corpus mortuum, rugientes quasi dolorem suum significanti gratia. Dein cum terram scalpere cepissent, fossam hominis capacem fecerunt, in qua corpus positum Antonius terram operuit. Hujusce mirabilis solitarii obitus anno Jesu Christi trecentesimo quadragesimo primo aut secundo evenit.

Thème 303.

Duo Fratres.

Cuidam Londinensi negotiatori duo filii erant. Prava indole major natu minorem oderat fratrem, qui miti et pacifico ingenio longe illo amabilior erat. Quamprimum data occasione illum omni modo male mulctabat. Incasum cedebant patris objurgationes. Pater, cui jam senilingentes erant opes, singulari admodum partitione, majori natu opes et naves tradidit, id unum illi praecipiens, ut commercio vacaret, juniorique fratri auxilio esset. Ubi primum opibus potitus est major, expulsus fratrem sortis arbitrio permittit, nilque illi auxilii lar-

gitur. Ea inhumanitas juniore stomachum movet : « Isto si frater meus me habuerit modo, secum reputans ait, quid mihi ab alienis est expectandum ? »

Thème 304.

De duobus fratribus sequitur.

Vivendum tamen erat. Vires illi et animum erigit egestas. Londino discedit, quemdam proximi oppidi negotiatorem convenit, suam operam profitetur. Annuit ille, juvenemque inter suos excipit. Cui, paucis ubi commoratus est annis, tantum et prudentiæ et virtutis sensit inesse, ut unicam filiam in matrimonium suæque omnia bona moriens illi tradiderit. Defuncto socero, gener, cui sat magnæ erant opes, parum vero ambitionis, in quadam ab urbe primaria distante regione locuples emit prædium et castellum, in quod ipse et uxor se recepit.

Thème 305.

De duobus fratribus sequitur.

Providentiæ semper dant pœnas ferrea pectora. Natu majori, cum defuncto patre diu omnia prospere cesserent, exitiosus incidit annus; tempestate fuerunt demersæ illius naves. Mercatores qui cum eo negotiabantur, suis creditoribus decoxerunt; eo accessit miseriæ, ut flammis concepta domo, omnes ejus res incensæ sint, atque ad summam fuerit ille mendicitatem reductus. Quo in horrendo statu, ne fame interiret, id unum supererat præsidii, ut regionem pererraret, et illorum opem exoraret, quos moveret sua enarrata calamitas. « Quid, intra se inquiebat, de me ageretur, si eadem omnium pectoribus, quæ meo inesset feritas? Proh! si compertum haberent quo fratrem ego habuerim modo, memetipsum indignabundi repellerent! »

Thème 306.

De duobus fratribus sequitur.

Die quâdam quum totus in istis cogitationibus intentus plures fuisset emensus leucas, et vix unde sustentaretur aliquid cibi invenisset, quemdam optime vestitum procul aspexit in prato amœno villæ adjuncto obambulantem, cujus illum dominum esse intellexit. Progressus, ad illum propius accedit, suas enarrat calamitates, orans ut sibi non nihil subsidii eroget. « Unde es tu, advena inquit, qui ista calamitatum serie fuisti pressus? » At ille quidquid acciderat sibi singillatim enarrat, quomodo suum tractavisset fratrem prætermittens. In eo erat ut id quoque confiteretur; veritus tamen est ne, quam movere fuerat conatus pietatem, ipse exstingueret.

Thème 307.

De duobus fratribus sequitur.

Advena quis sit ipse non aperit; pauperem in suum ducit castellum, suos jubet illum optime excipere, atque hospitium in noctem illi parare. Vespere uxori casum enarrat, et suum illi consilium aperit. Altiore pauper obdormivit somno. Vix experrectus, id primo cogitavit : « Probus ille vir quam munificus est! qui, nisi dives natus est, certe qui dives evaderet dignus erat. » Haud multo post, illum dominus arcessit. Ubi prodiit, commotus oculos in illum deligit, et ab illo quærit num sibi loquentem agnoscat. Cui pauper : « Minime, » inquit. At ille : « Eheus! exclamat, tuus ego sum frater. » Quibus dictis, ejus in ulnas ruit, et arcte complexum tenet. « Et tu, inquit, dives es, quippe dives ego. Unâ vivamus, nosque invicem diligamus. » « Sane, ait alter; ego te diligam; numquam vero quomodo et ego te habuerim, et tu fueris ultus, obliviscar. »

Thème 308.

Sanctus Hilarius.

Hilario Pictavii nato accidit ut in idololatriæ tenebris diù torperet. Sed tandem veritatis lumine illustratus, fonte sacro ablutus est; adeoque novum sibi ingenium induit, ut longè alius atque antea visus sit. Dei Spiritu æquè plenus ac christicolæ summum virtutis gradum adepti, atque sanctæ religionis propagandæ studiosus, alios fidei dogmata edocebat, alios ad Dei cultum hortabatur, illis antè oculos æternam quam suis famulis Deus promittit mercedem proponendo, ita ut, etiam laicus, imo alligatus matrimonio, gratiam sacerdotii ad quod Deus ipsum destinabat, jam possidere videretur. Idcirco populus Pictaviensis nihil antiquius habuit quàm ut illum præulem eligeret; et quamvis refragaretur, sacris ordinibus initiari coactus est. Ubi ad pontificalem dignitatem quasi invitus evecus fuit, illum viderunt vitæ delicias generosiùs quàm unquam ejurantem, ut regendo ac moderando suo gregi tuendæque veritati totum se dederet.

Thème 309.

De S. Hilario sequitur.

Hilarium adjuverunt plerique Galliæ præules; namque dum hæresis Ariana ferè omnes Ecclesias perturbaret, Gallica fides ex toto puram servabat. Cùm Bitteras se contulisset, impediverunt Ariani ne in concilio ibi habito audiretur, adeoque efficaci solertiâ imperatorem deceperunt, ut virum sanctum unàque Rodanum Tolosanum præulem in Phrygiam relegaverit. Post quatuor circiter annos Constantinopolim venit, oppressamque videns veritatem, ab imperatore efflagitavit publicum colloquium, in quo liceret, adstante ipso imperatore, cum Arianis disceptare. Ariani vero, cum istiusmodi colloquium ante omnia formidarent, imperatori persuaserunt

ut Hilarium suam in Ecclesiam dimitteret, veluti turbatorem toto in Oriente tumultuantem.

Hilario in sedem restituto nihil antiquius fuit quàm ut convocanda curaret multa concilia, ut quantum posset malis quæ Ecclesiam affligebant mederetur. Deo favente, tam prosperè rem gessit (*ou bien* : operam illi adeo fortunavit Deus), ut plerique præules qui humanâ fragilitate Arianae formulæ subscripserant, culpam suam humiliter confitentes, quæ prava prodidissent exempla eluerint. Denique, postquàm illi contigisset ut sinceram ad fidem revocaret Galliam, quietè obiit in suâ diocesi, die decimâ tertiâ januarii anni trecentesimali sexagesimi octavi, vel juxtâ alios, ineunte novembri anni trecentesimali sexagesimi septimi.

Thème 310.

Sanctus Antonius.

Antonius in quodam superioris Egypti pago, anno Jesu Christi ducentesimo quinquagesimo primo, in lucem editus est. Sui eum parentes, tum virtute tum nobilitate et amplissimis prædiis spectatissimi, more christiano instituendum curaverunt. Suis orbatus parentibus, cum duntaxat decimum octavum aut vigesimum annum percurreret, sororem suam adhuc admodum juvenem curæ habuit, dispensandaque suscepit bona, quæ hæreditate à suis parentibus acceperant. Ferè sex mensibus elapsis Antonius in ædem sacram ingressus, cum legébantur hæc verba Jesu Christi juvenem divitem alloquentis: « Si vis perfectus esse, vade, quidquid habes vende et da pauperibus, tuque in cælo thesaurum possidebis; dein veni et sequere me; » hæc verba tanquam sibi dicta accepit; atque statim ut ex ædè sacrâ egressus est, patrimonii sui agros distribuit, supellectilis unam partem vendidit, cujus pretium dedit pauperibus, alteramque in sororis suæ cultum servavit. Paulo post in sacram ædem ingressus, auditisque his aliis Jesu Christi verbis: « No-

lite solliciti esse in erastinum, » pauca quæ servaverat pauperibus largitus est, sororem suam quibusdam virginibus christianis sibi notis commisit, domoque relictâ, in cellulam propè suum pagum primùm se recepit, ut ibi precibus et pœnitentiæ totum se dederet.

Thème 311.

De S. Antonio sequitur.

Suis autem manibus laborabat Antonius; idque semper servavit, cum non ignoraret, ut ait S. Athanasius qui vitam ejus scripsit, otiosum non debere cibum sumere. De labore solummodo detrahebat undè viveret, quodque supererat pauperibus largiebatur. Frequentissimè orabat, edoctus sine intermissione esse orandum. Ità attentè legebat audiebatur quæ legebantur, ut nihil illi excideret, suaque ei deindè pro libris erat memoria.

Dejiciendi dæmonis gratiâ adeo vigilabat ut sæpè noctes totas insomnes duceret. Semel tantùm unoquoque vel bino quoque die, post solis occasum cibum sumebat: interdùm totum per triduum omni abstinebat escâ. Panis et sal pro cibo ei erant, et non nisi aquam potabat. Pro lecto matta; sed plerumquè nudâ humo cubabat. Pro indumento ei erant cilicium, penula è pelle vervecinâ, cingulum et cucullus. Postea cellula derelicta, longè à pago suo abiit, ut in tumultu sese includeret. Quis dicat, quàm horribilem in modum ibi à dæmonibus cruciatus fuerit? At de illis licèt furentibus victoriis semper retulit.

Thème 312.

De S. Antonio sequitur.

Denique, triginta annos natus, in solitudinem se recipiendi consilium cepit. Trajecto Nilo, in castello veteri jam pridem deserto, stetit. Cujus ostium clausit nec ulli unquam aperiebat. Bis intrâ annum panis ei afferebatur;

namque in Thebaide conficiebatur is qui vel toto anno corruptionis expertus servaretur. In isto secessu viginti circiter annos ita exegit, ut nunquàm egrederetur, nec ulli daret ad se aditum, semperque pateret sævissimis dæmonum vexationibus, jejuniò tamen atque oratione victor semper evadens. Postremùm, cum multi vitæ ejus genus imitandi flagrarent desiderio, instarentque ut veniret ipsos suis adjuturus consiliis, è secessu exiit tanquam è sanctuario, in quo Deo sacratus Spiritu ejus se repleverat. Per eum Deus multa patravit miracula, illique gratiæ et salutis verba impertiit, ut mœrentes levaret solatio, gratiamque inter inimicos componeret. Cunctos ipsum adeuntes sedulo hortabatur, ut graviter secum meditarentur de æternitate; multique ejus adhortationibus commoti sua bona deserere non dubitaverunt, ut vitam solitariam susceperent. Patris instar Antonium colebant cuncti, ductuque illius omnia faciebant.

Thème 313.

De S. Antonio sequitur.

« Filii mei, dicebat suis discipulis Antonius, enitamur
« ut magis in dies opus ferveat, quasi modo incipiamus,
« nedum diuturni laboris nos tædeat. Ne unquàm obli-
« viscamur nos, postquàm in terris paucos annos labo-
« raverimus, æternam mercedem in cœlis accepturos
« esse. Ne unquàm mortem supremumque judicium
« attendere desinamus. E somno excitati nos ad ves-
« perum non victuros esse, lectum autem petentes nos
« diem posterum haud esse viros existimemus. Tunc
« comprimendis cupiditatibus nostris totam dabimus
« operam, nedum istis pareamus. »

Maximino Imperatore, anno trecentesimo undecimo, persecutione in Christianos renovata, edoctus Antonius quam perniciose in Ægypto præsertimque Alexandria sæviret, appetens martyrii solitudinem deserere non dubitavit, ut hancee in urbem se conferret; namque illi ni-

hil longius erat quam ut ab istius vitæ ærumnis in æternum liberaretur, atque Jesu Christi gratia moriendi desiderio ardebat. Nihil impedire potuit quin carcere inclusos adiret, et iis qui ad iudices ducebantur comitem se adjungeret. Hos et illos adhortabatur ut in fide persisterent, atque martyrii coronam mererentur.

Thème 314.

De S. Antonio sequitur.

Judex cum videret quanta esset Antonii ejusque comitum magnanimitas, edixit ne in urbe commorarentur solitarii. Cæteri illico se abdiderunt. Antonium vero frustra impulerunt ut pariter se occultaret; iudicis edictum adeo despexit, ut vel die postero locum editum occupaverit, unde iudici cum suis transeunti se conspicendum præbuit. Deo volente, iudici haud in mentem venit ut eum apprehendi juberet. Martyribus igitur more suo adesse perseveravit; et cum desisset persecutio, in suum monasterium reversus est.

Tunc Deus Antonium miraculorum munere adeo celebrem fecit, ut ad eum undique homines accurrerent, quos à variis morbis aut à malo dæmone liberaret. Vix Jesu Christi nomen invocaverat, cum ægri aut dæmoniaci liberabantur. Interdum in monasterio suo inclusus manebat, nec ulli aperiebat. Sed tunc etiam sanabantur multi stantes foris fidenterque orantes. Ad extremum metuens ne iis quæ per ipsum Deus operabatur superbi- ret miraculis, quam occultissime potuit in suam solitudinem se recepit.

Thème 315.

De S. Antonio sequitur.

Antonium, quamvis suum recessum celatum vellet, multi tamen adibant. Omnes vero admittebat ad se confugientes, seu ut ab ipso consilium peterent, seu ut à

morbis liberarentur. E monte descendebat ut cum illis sermonem conferret; sed ubi adimpleverat quod ab ipso exigebat charitas, solitudinem statim repetebat. Cum die quadam viri clari et honorati eum detinere conarentur, illis quamvis instantibus valedixit, addendo festivè: « Ut pisces in terrâ diu torpentes intereunt, « ita solitarii vobiscum morantes suam pietatem paulatim torpescere sentiunt. In nostram ergo solitudinem « redeundi haud minus cupidi esse debemus, quam piscibus in aquam denuo se immergendi. »

Fidei integritatis et Ecclesiæ unitatis eo flagrabat studio, ut ab omnibus hæreticis schismaticisque, præsertim vero ab Arianis, abhorreret. Omnes hortabatur ne, veluti ipse, rem cum istis haberent, dicens gravius in eorum verbis quam in anguini veneno inesse periculum.

Thème 316.

De S. Antonio sequitur.

Antonius Alexandriam iterum petivit, rogantibus sancto Athanasio catholicisque episcopis, ut os occluderet Arianis, qui in vulgus disseminare ausi fuerant Antonium ipsorum doctrinam docere. Jesu Christi doctrinam ibi palam professus, istorum hæresim execratus est. Ad eum videndum tota civitas accurrit; illum tangendi cupidi erant ipsi falsorum numinum cultores, quorum plurimos ad Christum adjunxit.

Nomen ejus vel in aula imperatoris Constantini celebratum est. Qui princeps ejusque filii tanquam patri suo illi scripserunt, atque ab eo litteras accipiendi summum demonstrarunt desiderium. Non magno percussus visus est Antonius honore, qui multis aliis haud dubie arrisisset. « Nolite mirari, ait solitariis, quod imperator « qui et ipse mortalis homo est, ad me scribat; illud « vero vobis mirum videatur, quod hominibus Deus « legem scripserit, nosque per suum edocuerit Filium. »

Illum sæpius adierunt quidam philosophi falsorum deorum cultores. Ut illos redargueret probaretque inep- tam esse idololatriam, divinam vere christianam religio- nem, duos homines à malo dæmone obsessos, sub illo- rum oculis invocato Jesu Christi nomine, factoque crucis signo liberavit, his additis : « Idem aggredimini, si « potestis, vestrorum vi syllogismorum. »

Thème 317.

De S. Antonio sequitur.

Antonius, cum notum haberet sibi mortem instare, suos fratres denuo invisit, dixitque eis se ad illos postre- mum venire. Hæc audientes cuncti deslere, sanctumque amplexari senem, qui de suâ proxima morte cum illis loquebatur, eâdem elatus lætitiâ, quâ homo qui regio- nem exteram jamjam relicturus est, ut suam repetat patriam. Hæc ultima illis dedit consilia : « Fratres « mei charissimi, quotidie sic vivite quasi hoc eodem « die morituri. Nihil antiquius habetote quàm ut puras « servetis vestras animas : enitimini sanctos imitari : « cavete ne quid commercii cum hæreticis habeatis ; « atque in fide firmi perstate. » Fratribus ut secum maneret obsecrantibus concedere noluit quod petebant ; et cum illis valedixisset, in suum montem reversus est, comitantibus duobus tantum discipulis, qui à quindecim annis (*ou bien* : ob ejus senium) famulabantur. Cum aliquot post mensibus in morbum incidisset, ani- mam efflavit, leni affectus gaudio quod in vultu ejus post obitum impressum adhuc videbatur. Ohiit, cum centesi- mum et quintum ætatis annum ageret, Jesu Christi autem anno trecentesimo quinquagesimo sexto.

Thème 318.

Sanctus Sebastianus.

Sebastianus, Narbone natus, Mediolani educatus est.

Mediolano Romam ivit, cumque militiæ nomen dedisset, ad bellica munera mox evectus fuit. adeo benignitate, sinceritate, prudentiâ multisque aliis eximiis dotibus, omnium amorem sibi conciliabat. Quamvis ad militiam haud propensus esset, vel quo rectius dicam, quamvis ab illa abhorreret, hanc tamen amplexus est eâ mente ut Christi discipulis utcunquè vexatis adesset, atque humi- lis christiani generosique Christi militis animum mili- tari sub veste contexit. Cum acta ejus eo minus obser- varentur quod christianus non habebatur, caritatis operi- bus, neutiquam suspectus ethnicis, operam dabat. Nihil metuens, christianos in carceribus fidei causâ detentos in- visebat, illosque ad martyrium hortabatur. Imo locum inde arripiebat ethnicos Jesum Christum docendi, ita ut ad illum multos adduceret, qui sacro fonte abluti, mar- tyrio coronati sunt. Cum Diocletianus, imperio potitus, Romam anno ducentesimo octogesimo quinto venisset, ergâ Sebastianum benevolentiam habuit, illumque præ- fecit primæ cohorti custodum quos Romæ servare vole- bat.

Thème 319.

De S. Sebastiano sequitur.

Tanta circumspectione se gesserat Sebastianus, ut eum christianum esse nondum quisquam suspicaretur. Dein- ceptus igitur eodem quo antea studio, Jesu Christi Ecclesiæ operam navavit ; ortaque adversus Romanos christianos sævissimâ tempestate, multi, quos suis incenderat hor- tationibus, contigit ut Jesu Christi gratia mortem ope- terent. Illi vero nihil longius erat quàm ut eos sequeretur ; quod anno ducentesimo octogesimo octavo evenit. Pate- factum est illum christianum esse, ab eoque cæteros ne cruciatus mortemque formidarent corroborari. Quâ de re imperator admonitus, cum illum accersivisset, ei exprobravit quod beneficia a se accepta sic oblivis- ceretur. Illi respondit Sebastianus se adeo immemo-

rem non fuisse, ut contra ipsi atque reipublicæ Deum orare non desiisset; se vero Deo qui in cœlis est et Jesu Christo, non autem idolis ac lapidibus, preces suas adhibuisse. Diocletianus, cum illud responsum demirari debuisset, hoc ita exasperatus est, ut Sebastianum sagittis confodiendum ad palum alligari jusserit. Quo patrato, pro interfecto relictus est; quædam autem pia mulier, nomine Irene, cum ad eum sepeliendum venisset, stupens admodum illum adhuc vivum reperit.

Thème 320.

De S. Sebastiano sequitur.

Sebastianum Irene suam duxit in domum, ubi ex omnibus vulneribus mox convaluit. Qui, cum ab adeuntibus christianis obsecraretur ut abscederet, eorum consiliis adeo non obtemperavit, ut contra, implorato Dei auxilio, venerit ipse quæ imperator erat transiturus; cumque illi obvium se dedisset, quàm iniquè christianos vexaret liberè ei exprobravit. Quem videns Diocletianus eo magis obstupuit, quod illum mortuum existimabat, ita ut vix suis crederet oculis. At vir sanctus pro certo ei affirmavit ipsum Sebastianum se esse, sibi que Jesum Christum vitam restituisse, ut veniret in ore et oculis omnium ipsi denuntiaturus immani injuriâ vexari christianos. Imperator istiusmodi exprobrationum haud patiens, illum fustibus contundi jussit, corpus autem ejus in cloacam projectum est. Inde extractum mulier christiana sepelivit. Super tumulum ejus postea ædem sacram ædificaverunt. Anno sexcentesimo octogesimo, à gravi pestilentia, ipso intercedente, Roma liberata est, undè mos invaluit ut sanctus Sebastianus pestilentia tempore invocetur.

Thème 321.

Sinensis imperator.

Dum venationi instans Sinensis quidam imperator, a

comitantibus aberrasset, in pauperem incidit senem amarè flentem, et qui gravissimam videbatur sortem dolere. Propius accedit, eo permotus statu quo dejectum videt, nec quis sit indicans, quærit ab illo quid ipsi acciderit. Cui senex : Domine, inquit, etsi dixerim, malum est cui nullo modo possis mederi. » « Forsitan, ô bone, imperator ait, ego tibi utilior futurus sum quam putas. Quod te premit, tu mihi crede. » Cui senex : « Quum sis audiendi cupidus, jam ego rem enarrabo. »

Thème 322.

De Sinensi imperatore sequitur.

« Meum prædium et tectum suo castello conterminum occupavit quidam imperatoriæ domus præfectus, meque ad mendicitatem redegit : at immitis iste longius processit : unus erat mihi filius, senectutis præsidium, quem sibi servire jussit. » Qua oratione permotus fuit imperator. Senem allocutus : « Istane, inquit, de qua loqueris, domus longius distat? » Quum semileuca tantum distaret : « At mihi, inquit imperator, eò tecum me conferre libet. Ego Dominum adhortabor ut et prædium et natum tibi restituat : rem bene cessuram haud despero. » Cui senex : « Hoc illi proponere nec mihi nec tibi tutum. Pejus mecum agetur; tu contumeliose habebis, at ego tibi hanc ignominiam detrahere velim. » « Id te ne sollicitet, ait imperator; rem ego melius cessuram quam putas confido. » Diutius obsistendum non censuit senex.

Thème 323.

De Sinensi imperatore sequitur.

Id unum senex exponit, se fractum senio equi vestigia minime subsequi posse. « Eheus ! ait imperator, juvenis ego, tu meo inside equo, pedibus ego viam incedam. » Haud annuit senex. Illum imperator equi sui tergo vult

excipere. Orat senex ut se excusatum habeat. « Pauperri-
mus ego, facultate sum orbatus et linteum et vestem
mutandi; forte pediculos impertiam tibi, quos adversus
te ipse tueri non possis. » « Age, vir probe, subjicit im-
perator, tu post me tamen insideas velim. » Tandem
senex equo insidet. Brevi in domum quam petebant per-
venerunt.

Thème 324.

De Sinensi imperatore sequitur.

Vix eò pervenit imperator cum præfectum arcessit. Ille
adest, at summopere miratur, ubi vir princeps, detecto
dignitatis regie insigni, quis sit aperit. Plurimi optima-
tes venantem imperatorem comitati circumstabant. Illa
adstante tam frequenti caterva, duris increpat verbis op-
timi senis vexatorem; ipsum cogit suum huic filium et
prædium restituere atque eum obruncari jubet. Imo senem
in locum ejus substituit, his illum allocutus: « Ne mores
tuos immutet mutata fortuna; tu aliena frueris iniquitate,
isto tu exemplo usus, ne illud imiteris. » Duodeviginti
tantum annos erat natus hic imperator.

Thème 325.

Sanctus Hieronymus.

Hieronymus Eusebii filius, Stridone in Dalmatia Cons-
tantio imperatore natus, Romæ adolescens est baptizatus
et in liberalibus disciplinis à Donato et aliis viris doctis-
simis eruditus. Tum discendi studio Galliam peragravit:
ubi pius aliquot et in divinis litteris eruditos viros coluit
multosque sacros libros sua manu descripsit. Mox se in
Græciam conferens, philosophia et eloquentia instructus,
summorum theologorum consuetudine floruit: in pri-
mis vero Gregorio Nazianzeno Constantinopoli operam
dedit: quo doctore se sacras literas didicisse profitetur.
Tum religionis causa visit Christi Domini incunabula,

totamque lustravit Palestinam: quam peregrinationem,
adhibitis Hebræorum eruditissimis, ad sacræ Scripturæ
intelligentiam sibi multum profuisse testatur.

Thème 326.

De S. Hieronymo sequitur.

Deinde secessit in vastam Syriæ solitudinem: ubi qua-
driennium in lectione divinorum librorum, cœlestique
beatitudinis contemplatione consumpsit assidua se absti-
nentia, vi lacrymarum et corporis afflictatione discru-
cians. Presbyter a Paulino episcopo Antiochiæ factus,
Romam de controversiis quorundam episcoporum cum
Paulino et Epiphanio ad Damasum pontificem profec-
tus, ejus ecclesiasticis epistolis scribendis adjutor fuit.
Verum cum pristinae solitudinis desiderio teneretur in Pa-
lestinam reversus, Bethlehem ad Christi Domini præsepe
in monasterio, quod a Paula Romana exstructum erat,
cœlestem quamdam vitæ rationem instituit: et quamvis
varie morbis doloribusque tentaretur, tamen corporis
incommoda piis laboribus, et perpetua lectione ascrip-
tione superabat.

Thème 327.

De S. Hieronymo sequitur.

Ex omnibus orbis terræ partibus, ad ipsum divina
Scripturæ quæstiones explicandæ referebantur. Illum Da-
masus pontifex, illum sanctus Augustinus de locis Scrip-
turæ difficillimis sæpe consuluit propter ejus singula-
rem doctrinam, et linguæ non solum latinæ et græcæ sed
Hebraicæ et Chaldaicæ intelligentiam, et quod
omnes penè scriptores, ejusdem Augustini testimonio,
legerat. Hæreticos accerrimis scriptis exagitavit: et ca-
tholicorum patrocinium semper suscepit. Vetus Testa-
mentum ex Hebræo convertit: Novum, jussu Damasi,
Græcæ fidei reddidit, magna etiam ex parte explicavit

Multa præterea latine reddidit scripta doctorum virorum; et ipse aliis proprii ingenii monumentis christianam disciplinam illustravit. Qui ad summam senectutem perveniens, sanctitate et doctrina illustris, Honorio imperatore migravit in cælum. Cujus corpus [ad Bethlehem sepultum, postea Romam translatum est in basilicam sanctæ Mariæ Majoris quæ etiam Sancta Maria ad Præsepe dicitur, eò quod in ea maxima veneratione servatur Domini præsepe.

Thème 328.

Sancta Paula.

Paula, matrona romana, e nobilissimorum senatorum genere, sed vitæ sanctitate multò nobilior, mortuo Toxtio, paris nobilitatis viro, totam se ad Dominum convertit, et copiosas cepit divitias in Christi pauperes tanto affectu erogare, ut eos tota Urbe perquireret, et damnum putaret (ut de eà sanctus Hieronymus scribit), si quisquam debilis et esuriens, cibo sustentaretur alterius; quo in studio usque ad mortem perseverans, dicebat interdum se id voti habere ut mendicans moreretur, et in suo funere aliena sindone involveretur. Cùm autem ob quasdam Ecclesiarum dissensiones, Orientis et Occidentis episcopi Romam, sancto Damaso pontifice, convenissent, sanctum Epiphanium, Salaminæ Cypri episcopum hospitio excepit, et Paulinum Antiochiæ omnibus charitatis officiis colere studuit; quorum accensa virtutibus, patriam deserere et ad eremum pergere gesticbat.

Thème 329.

De Sancta Paula sequitur.

Quare Urbis frequentiam et ora laudantium fugero festinans, et parvulam Bethlehem Romæ præferre volens, tandem ad Portum Romanum navigatura descendit, fratre, propinquis ac liberis persequentibus, et piam ma-

trem materna charitate retinere cupientibus. Illa vero, quamvis viscera ejus dolore torquerentur, siccos ad cælum tendebat oculos, et pietatem in filios pietate in Deum superans, nesciebat se matrem, ut se Christi probaret ancillam. Navi igitur conscensa, cum Eustochia filia, quæ propositi et navigationis ejus comes erat, alis fidei sumptis, Hierosolymam et sancta loca incredibili ardore videre cupiebat. Quare, cùm Cyprum primum, deinde Seleuciam appulisset, in Syriam et Palestinam venit, cujus cuncta sacra monumenta tanto studio ac pietate circumivit, ut nisi ad reliqua festinaret, a primis non posset abduci. Denique Bethlehem substitit mansura perpetuò: ubi structis quatuor monasteriis, uno virorum, quod sanctus Hieronymus gubernaturus suscepit, aliis virginum, reliquum vitæ iter admirabili sanctitate confecit.

Thème 330.

De Sancta Paula sequitur.

Humilitatis virtus in eà maximè enituit: nihil ea clementius, nihil ergà humiles blandius fuit. Invidorum calumnias et sæculi varias tentationes summa patientiâ et mansuetudine toleravit. Tarda erat ad loquendum et velox ad audiendum. Sanctas Scripturas tenebat memoriter, et Vetus ac Novum Testamentum assiduè perlegebat. Hebræam linguam discere voluit et consecuta est ita ut hebraice et psalmos caneret et loqueretur quasi ore nativo. Super durissimam humum, stratis ciliciolis, quiescebat, si tamen quies dicenda est, quæ jugibus pene orationibus dies noctesque jungebat. Mollia, etiam in gravissima febre, lectuli strata non habuit. Tantæ autem continentiæ fuit, ut propè mensuram excederet, et debilitatem corporis nimis jejuniis ac labore contraheret: exceptisque diebus festis, vix oleum in cibo caperet. Neque adduci ullo modo potuit, ut ad vires corporis reficiendas vino uteretur. Egrotantes miris obsequiis ac ministeriis confovebat: cùmque aliis languentibus largè

præberet omnia, si quando ipsa ægrotasset, sibi non indulgebat : et in eo inæqualis videbatur, quod in alios clementiam, in se autem duritiam exhibebat.

Thème 331.

De Sancta Paula sequitur.

Tandem cum in gravissimam valetudinem incidisset, ac mortem adesse sentiret, et frigente alia parte corporis, animæ tepor in solo pectore palpiteret, quasi ad suos pergeret alienosque desereret, illos versiculos usque ad expirationem animæ repetebat : Domine, dilexi decorem domus tuæ et locum habitationis gloriæ tuæ; et : Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum; concupiscit et deficit anima mea in atria Domini : digitoque crucis signum in labiis imprimens, sanctissimam animam Deo reddidit, septimo kalendas februarii, ætatis suæ anno quinquagesimo sexto; translata est episcoporum manibus in ecclesiam speluncæ, tota ad funus ejus Palestinarum urbium turba concurrente, monachorum, virginum, viduarum et pauperum, qui, ad exemplum Dorcadis, vestes ab ea præbitas ostendebant. Triduo post, subter Ecclesiam juxta Specum Domini condita est.

Thème 332.

Vir beneficus et modestus.

Juvenis quidam Massiliæ expectabat donec aliquis suam ascenderet cymbulam. Ignotus quidam illam conscendit; sed haud multò post in eo erat ut exiret. « Domine, inquit junior nauta, hæc cymbula mea est; visne tu è portu discedere? » Cui ille : « Nequaquam; mihi mens erat in alveo paululum obambulare, atque frigore hujus vespertini temporis corpus recreare. Tu vero, juvenis, nec habitu nec sermone nautam refers. » Cui ille : « Nec ego quidem sum nauta. Istam festis dominicisque diebus artem exerceo, ut nonnihil lucri faciam. » — « Ecquid! te

ea ætate jam esse avarum tuam juventutem minime decet. Decrescit quam injeceras existimatio. » — « Proh! Domine, ne tu istam agendi rationem vilissimæ causæ tribuere velis. » — « Forsan et ego pravè dijudicavi; tu vero non sensum aperuisti; age, unà obambulemus; tu mihi tuam historiam enarrare velis. »

Thème 333.

De viro benefico et modesto sequitur.

Tunc sic orsus juvenis : « Unus me dolor angit : pater jacet in vinculis, unde illum extrahere mihi non licet. Quidquid sibi fortunarum erat, navi imposuit, et ipse permutandæ mercium sarcinæ voluit invigilare. Capta fuit a pirata navis, et pater et reliqui classarii capti sunt. Duobus millibus ad illum redimendum nummis opus est; quum vero tunc temporis quam maxima molitus esset pater, multum abest ut ista penes nos sit pecunia. Noctu diuque mater et sorores labori incumbunt; ego similiter gemmariam artem exerceo, et hanc cymbam diebus festis gubernò. Primo statueram patris in locum me constituere. Matri vero visum est istud consilium inane, nec ullo modo perficiendum. Nullus ex Orientis navarchis, matre vetante, suam vult navem me conscendere. »

Thème 334.

De viro benefico et modesto sequitur.

« Tunc aliquid nuntii nonnunquam a patre accipis? Quomodo eum eo agitur? » — « Patris patronus regis hortis est prepositus. Humane quidem tractatur; haud vires ejus superat exactus labor; ille vero a dilecta conjuge et a tribus filiis, quos summo prosequitur amore, disjunctus vivit; nemo illum sublevat, solatur nemo. » — « Tua me sors movet, subjecit advena; tibi, explorato animi sensu, meliorem sortem prædicere ausim, tibi que ex animo peropto » Ubi nox incubuit, appellere jussus

est junior nauta. Cymbula dum ignotus discedit, crumenam illi tradit in manus, nec dato ipsum agnoscendi tempore, præcipitanter discedit. Sexdecim aurei et decem argentei nummi erant in illa crumena inclusi. Qua quidem liberalitate permotus juvenis gratum se præbere cupit; at in vanum cœlum votis onerat, ut de se tam bene meritum assequi valeat.

Thème 335.

De viro benefico et modesto sequitur.

Sex hebdomadibus elapsis quum assiduo continuoque labori intenta hæc familia modicam cœnam, panem scilicet et exsiccata amygdala sumeret, paterfamiliâs advenit concinne vestitus, qui eam luctu miseriæque confectam nec opinantem occupat. Quis fuit matris et filiorum stupor, quæ lætitia! Ruit in illorum ulnas conjux, varios enarrat sui itineris casus. Navem illi ascendenti quinquaginta erant numerati aurei nummi, et naulum et cibus in antecessum erant persoluta. Altum mirabunda et obstupescens familia silentium tenebat. Rupit extemplò mater; reducem patrem sese debere filio excogitat, enarrat initium ab illo vices ejus subeundi consilium, et qua constantia sese labori assiduo tradiderit.

Thème 336.

De viro benefico et modesto sequitur.

Cogitabundus et multa secum revolvens natum pater alloquitur: « Miser ego, inquit, qui meam per te redemptionem obtinuisse, nec dolere possim! Num illud tuam celare matrem potuisti? Tua ætate juvenis istas sibi congerere facultates minime valet. Quid! paterna pietate nocens meus factus est natus? Tu meum animum confirma; omnes unâ moriamur, si tu probus esse desideris. » — « Tu, pater, solve metum, inquit juvenis, tuus filius hand illo indignus nomine. Non usque eò felix

ut quam sibi carus sis tibi testaretur. Tu non per me in libertatem vindicatus; at ego de te tam bene meritum novi. Tu, mater, ignotum istum tibi in memoriam revoca, suam qui mihi, permulta sciscitatus, crumenam tradidit. » Tunc patri casum enarrat.

Thème 337.

De viro benefico et modesto sequitur.

Suæ vix restituto familiæ parenti optimo præstò adfuerunt et amici et opes. Spes omnes successus vicit. Post biennium suas mirè copias auxit. Bene collocati filii, patris felicitatis fuere participes. Pura sinceraque fuisset illa felicitas, nisi diù in vanum cessisset assidua filii diligentia, ut hominem tam præclare meritum detegeret. Tandem illum solum in portu obambulantem quadam die mane offendit. « Proh! virum optime de me meritum » exclamat. Quibus dictis, ante pedes ejus jacet. Cui ferre opem properat ignotus, et ab illo causam deliqui quærit. « Eheus! subjicit adolescens, num te fugere potest? Tunc juniorem oblitus nautam et istam infelicem familiam quos, reddito patre, ad vitam revocasti? » — « Tu certe, juvenis, erras; non fieri potest ut tibi sim notus; advena ego, Massiliam a paucissimis diebus advectus. » — « Ita est, fortasse; tu vero te in isto obambulasse portu, meque tibi meas enarravisse calamitates in memoriam revocare velis. Tu mei salvator parentis, numquid votis non annues? et quos effecisti beatos videre negabis? »

Thème 338.

De viro benefico et modesto sequitur.

Cui advena: « Amice, inquit, tu certe erras, jam fuit a me dictum. » At ille: « Minime erro, inquit; alte in pectore meo defixa hærent oris tui lineamenta. Tu, quæso, venias! » Simul arreptum brachio abducere cer-

tat. Frequens illos circumvenit turba. Tunc advena, elatiore gravioreque voce : « Domine, inquit, ista mihi jam molesta est fabula. Tu ad sanam redeas mentem, atque inter tuos eam frui tranquillitate animi, qua tibi opus est. » — « O ferum et immitem! exclamat juvenis; unde, quæso, tibi soli debitam meæ familiæ felicitatem vis imminuere? Et vos, quotquot adestis, mihi auxilio sitis, ut suum ipse contempletur opus nostræ salutis auctor. » Dum de his rixentur, aufugit ignotus vir, et à conspectu statim avolat. Ignotus nunc usque stetit, nisi in tabulis ejus inventa esset quinque millium et quingentorum francorum sygrapha, cujus innotuit usus per illum ad quem inscripta fuerat.

Thème 339.

Translatio reliquiarum S. Benedicti in Galliam.

Cum gens Longobardorum, densis errorum tenebris adhuc obvoluta, longe lateque per Italiam occulto Dei judicio cædium suarum extenderet crudelitatem, urbes terræ coequans, monasteria villasque depopulans, plurimi ex eis Beneventanam provinciam aggredientes, inter cætera sua facinora, venerabile Cassinense monasterium expugnarunt et subverterunt. Ubi tamen nec unum tenere potuerunt hominem; sed complevit Dominus quod olim famulo suo Benedicto, qui hanc eversionem legitur prædixisse, promiserat : quod etsi locum ipsum gentibus traderet, animas custodiret. Fugientibus itaque monachis, et post hoc excidium multis effluentibus annis; idem sacer locus ad eremum redactus, qui prius hominum fuerat habitatio, cœpit esse ferarum; usquedum regni Francorum gubernacula adeptus est Clodovæus Secundus, Dagoberti filius.

Thème 340.

De translatione S. Benedicti sequitur.

Quo regnante, in agro Aurelianensi, Floriacense ædificatum est monasterium. Cum igitur venerabilis Mummolus, hujus novi cœnobii abbas, libros Dialogorum sancti Gregorii Papæ sedulo revolveret, Cassinensis monasterii eversionem ingemuit; ob eam maxime causam quod sub ruderibus sacrum beatissimi Patris Benedicti corpus neglectum delitesceret. Inter hæc ejus animum divinitus impressa subiit cogitatio, ut tam pretiosum thesaurum ex illis ruinis erueret et in suum Floriacense transferret monasterium. Nec alius ad hoc opus magis idoneus ei visus est, quam Aigulfus monachus, vir probatæ virtutis et sanctitatis : qui postea Lirinensis Abbas institutus martyrii palmam adeptus est. Mandato patris protinus obsequens discipulus iter arripit in Italiam; adjunctis Cenomanensibus nuntiis, quos Berarius Episcopus, eodem instinctus spiritu, ad deportandum e Cassino monte sanctæ Scholasticæ corpus, novo monialium a se extracto cœnobio inferendum, itidem in Italiam direxerat.

Thème 341.

De translatione S. Benedicti sequitur.

Romæ locis sanctis obiter lustratis, Aigulfus ocuis Cassinum advolat; locum sibi ignotum, ubi expetitæ reliquæ essent conditæ, tacitus explorat. Dum autem enixius Deum oraret, ut sepulcrum beatissimi Patriarchæ sibi dignaretur revelare, venerandus senex eum sic prior affatur : Hac instanti nocte solitudinis hujus locum, quem lumine clarissimo radiare conspexeris, notare diligenter invigila : nam ibidem unde tuæ curæ finis imponatur, invenies. Nocte igitur sequenti evigilans Aigulfus, et eremi plagam attente considerans, beati Benedicti sepulcri locum vidit ingenti splendore cælitus radiantem. Hac

visione recreatus, Deo de prospero itinere suo grates innumeras rependit; et facto mane, reverenter gaudenterque ad locum accedens, solum fodit, et loculum invenit sub lapide stratum, cui præfixa erant notamina de corporibus infra jacentibus. Statimque sacra ossa pie veneratus, omnia quotquot reperit, in sportellam paratam collocavit, ac reditum in patriam maturavit: comitantibus, qui ab Urbe jam supervenerant, Cenomanensibus.

Thème 342.

De translatione S. Benedicti sequitur.

Vix in agrum Aurelianensem sacre reliquiae appulerant, cum duobus hominibus caecis a nativitate lumen infunditur, et alius contractus erigitur. Mox obviam effusi occurrunt monachorum chori, cum infinita promiscui vulgi multitudine, acceptaeque sunt cum insigni triumpho sacre reliquiae in Floriacum. At dum in discernendis amborum sanctorum ab invicem ossibus haerent animi, dubitationem duplex miraculum penitus sustulit. Allatis duobus pueris diversi sexus recens defunctis; masculus ad sancti Benedicti, puella ad beatae Scholasticae ossium contactum revixit. Haec data sunt Cenomanensibus, atque solemnî pompa illata in illud nobilium sanctimonialium cœnobium a Berario constructum: quod magnis miraculorum illustrationibus fuit a Deo honoratum. Corpus vero sancti Benedicti in Floriacensi sancti Petri basilica ad tempus depositum est a venerabili Mummolo, dum congruus eidem locus in ecclesia sanctae Mariae pararetur. In qua sanctissimus monachorum Patriarcha, sicut vivus Italiam, ita et mortuus Galliam crebris ingentibusque prodigiis exornavit. Haec autem celeberrima Translatio, quam Paulus Warnéfridus diaconus Cassinensis in chronico sacri hujus monasterii diserte enarravit, adeo pietate erga sanctum Benedictum gentes occidentales accendit, ut anniversaria dies non apud Gallos tantum, verum etiam apud Hispanos, Germanos et

Anglos per plura saecula solemnî festivitate undecimo mensis julii die coleretur.

Thème 343.

Sanctus Maurus.

Maurus, Romanus genere, a patre Eutychio senatorii ordinis, Deo sub sancti Benedicti disciplina puer oblatus, et in schola talis actanti morum magistri institutus, prius sublimem monasticae perfectionis gradum, quam primos adolescentiae annos attigit: adeo ut suarum virtutum admiratorem simul et praekonem ipsum et Benedictum habuerit, qui eum velut observantiae regularis exemplar, ceteris ad imitandum proponere consueverat. Cilicio, vigiliis, jejuniisque carnem continuis atterebat, assidua interim oratione, piis lacrymis, sacrarumque litterarum lectione recreatus. Per Quadragesimam bis tantum in hebdomada cibo ita parce utebatur, ut hunc praegustare potius quam sumere videretur: somnum quoque stando, vel cum nimia eum lassitudo compulsisset, sedendo, alio autem tempore super aggestum calcis et sabuli strato cilicio recumbens, capiebat, sed ita modicum, ut nocturnas longioribus semper precibus, toto etiam saepe psalterio recitato, vigiliis praeveniret.

Thème 344.

De S. Mauro sequitur.

Admirabilis obedientiae specimen dedit, cum periclitante in aquis Placido, ipse sancti Patris jussu ad lacum advolans, super undas sicco vestigio ambulavit: et apprehensum capillis adolescentulum, hostias eruento gladio divinitus reservatam, ex aquis incolumem extraxit. Hinc eum, ob eximias virtutes, beatus idem Pater sibi curarum consortem assumpsit: quem jam inde ab ipsis monasticae vitae tirociniis socium miraculorum adsciverat. Ad sacrum levitarum ordinem ex ejusdem sancti Patris

imperio promotus, stola quam ferebat, muto puero vocem, eidemque claudo gressum impertivit.

Missus in Galliam ab eodem sancto Benedicto, vix eam ingressus erat, cum triumphalem beatissimi Patris in cœlos ingressum suspexit. Gravissimis subinde laboribus curisque perfunctus, regulam ejusdem legislatoris manu exaratam datamque promulgavit: exstructoque Glanifolii in agro Andegavino celebri monasterio, cui quadraginta annos præfuit, fama nominis sui factorumque adeo inclaruit, ut nobilissimi proceres ex aula Theodeberti regis, in sanctiore militia meritori ad ejus signa convolarint.

Thème 345.

De S. Mauro sequitur.

Bienno ante obitum abdicans se monasterii regimine, in cellam, sancti Martini sacello proximam, secessit: ubi se in arctioris pœnitentiæ operibus exercens, cum humani generis hoste, internecionem monachis minitante, pugnaturus in arenam descendit. Qua in lucta solatorem angelum bonum habuit, qui maligni astus, divinumque illi decretum aperiens, eum unâ cum discipulis ad coronam evocavit. Quare cum amplius centum emeritos milites, dux ipse brevi secuturus, veluti totidem triumphi sui antecessores in cœlum præmississet, in oratorium deferri voluit: ubi vitæ Sacramento munitus, substratoque cilicio recubans, ad aram ipse victima, pretiosa morte procubuit septuagenario major; postquam in Gallis monasticam disciplinam mirificè propagasset, innumeris ante et post obitum clarus miraculis.

Thème 346.

Sanctus Placidus.

Placidus, Romæ, Tertullo patre, ex nobilissima Aniciorum familia natus, puer Deo oblati, et sancto Benedicto

traditus, tantum morum integritate et monasticæ vitæ institutis profecit, ut inter præcipuos ejus discipulos numeraretur. In solitudine Sublacensi sancto Benedicto fontem suis divinitus impetranti adfuit. Adolescentulus ad hauriendam aquam egressus, et in lacum prolapsus, ejusdem sancti Patris imperio per Maurum monachum super aquas sicco pede currentem salvus mirabiliter extractus fuit. In Cassinum montem cum illo deinde venit, annumque agens alterum et vigesimum, mittitur in Siciliam, ut bona et possessiones, quas pater suus monasterio Cassinensi donaverat, ab improba quorundam cupiditate defenderet. Quo in itinere cum plurima maximaque miracula fecisset, sanctitatis fama percelebris Messanam venit, constructoque non longe a portu in paterna possessione cœnobia, monachis triginta congregatis, monasticam disciplinam primus ea in insula propagavit.

Thème 347.

De S. Placido sequitur.

Nihil eo placidius, nihil humilins erat; prudentia, gravitate, misericordia, animique perpetua tranquillitate superabat omnes. In divinarum rerum contemplatione sæpissime pernoctabat, paululum sedens, cum eum necessarius somnus oppressisset. Silentii præcipua cura; ubi autem loquendum erat, sermo omnis ad mundi despicientiam Christique imitationem accommodatus. Jejunium vero ita coluit, ut carne omnique opere lactario toto anno abstineret: per Quadragesimam autem tertia quintaque feria et Dominica pane dumtaxat, frigidaque aqua contentus, ceteros dies sine ullo cibo traduceret. Vinum bibit numquam: cilicium perpetuo gestavit. Tot autem tantisque Placidus miraculis coruscabat, ut non solum ex vicinis locis, sed ex Etruria et Africa ægroti ad eum sanitatis causa confluerent: quamquam is ex insigni quadam animi humilitate, miraculis quæ faceret om-

nibus, sancti Benedicti nomen meritaque prætere solitus erat.

Thème 348.

De S. Placido sequitur.

Cum igitur sanctitatis exemplo et miraculorum magnitudine rem Christianam auget, quinto anno, postquam in Siciliam venit, subita Sarracenorum irruptione cum Eutychio et Victorino fratribus, Flaviaque sorore virgine (qui forte per eos dies ad fratrem visendum Roma eo usque contenderant), nec non Donato, Fausto Firmatoque diacono monachisque triginta, noctu psallens in ecclesia opprimitur. Ex quibus Donatus capite illico cæsus est: reliqui ante Manucham archipiratam ducti, cum se idolis cultum ullum adhibere constanter negarent, cæsi virgibus, manibus pedibusque vincti sine ullo cibo contruduntur in carcerem, ac insuper quotidie flagellis conciduntur. Sed divinitus sustentati, post multos dies rursus ad tyrannum adducuntur, atque in eadem fide constantes, iterum ac sæpius affecti verberibus, capite demisso suspenduntur, ingentique fumo os eorum obruitur. Qui cum omnium opinione mortui relictis fuissent, postridie vivi, sanatis mirabiliter vulneribus, reperti sunt.

Thème 349.

De S. Placido sequitur.

Placidum iterum tyrannus invadit, eique idolorum vanitatem arguenti os dentesque lapidibus contundi, linguamque radicitus abscindi jubet. Sed cum nihilominus ille avulsa lingua clare et expedite loqueretur, ipso miraculo magis furens barbarus, Placidum cum sorore ac fratribus, immanibus anchorarum molarumque ponderibus obrui resupinos imperat. Cumque ex iis etiam tormentis integri evasissent, ad extremum ex una Placidi familia sex et triginta in portus Mamertini littore, capitibus abs-

cissis, martyrii palmam cum duce suo et aliis etiam pluribus retulere tertio nonas octobris, anno salutis humanæ quingentesimo trigesimo nono. Horum omnium corpora post aliquot deinde dies Gordianus monachus, ex eodem monasterio fuga elapsus, intacta cum reperisset, cum lacrymis sepelivit. Tyranni autem non multo post ultricibus maris undis absorpti, crudelitatis suæ poenas dederunt.

Thème 350.

Cyri prælium adversus Babylonios.

Cyrus, dum adversus Babylonios eorumque socios præliaretur, penè occisus est. Cùm enim equus ejus à milite subter ventrem confossus, corruisset, medios in hostes ipse incidit. Tunc videre fuit, ut animadvertit Xenophon, quanti imperatoris referat, ut suarum copiarum benevolentiam sibi conciliet. Præfecti militesque, de periculo ducis, non de suo, solliciti, non dubitaverunt inter hostium hastas, silvæ arborum instar densas, irruere, ut eum expedirent. Statim ut Cyrus in equum rursus insiliit, atrocius quam antè dimicatum est, adeo Ægypti undique appetiti, undique vero sustinentes, acri animo se defendebant. Tandem Cyrus, cùm eorum fortitudinem non posset non mirari, et ægrè ferret perire tam strenuos viros, his honorificas condiciones offerri jussit, eos admonens omnes ipsorum abscessisse socios. Quas illi accipere non dubitaverunt: cùm autem haud minus de fide quam de animo gloriarentur, stipulati sunt, armis se non accinctum iri adversus Crœsum, cui auxilio vocati venerant. Ab illo tempore, in Persarum copiis fide intemeratâ militiam coluerunt. Victi autem quam maximâ potuerunt diligentia, alii in aliam regionem fugerunt.

Thème 351.

Cyri divitiæ.

Die quâdam Cyrum admonuit Crœsus eum multis

largitionibus ad inopiam redactum iri, potuisse vero fieri ditissimum orbis principem, immensosque thesauros congerere. Ab eo quæsit Cyrus, quamnam pecuniæ summam sui thesauri, ipso iudice, attingere potuissent. Cræsus ingentem, ne dicam, immensam summam æstimavit. Cyrus statim suis aulicis scribi jussit epistolium, quo illos certiores faceret sibi opus esse pecuniâ. Nec mora, ad eum pondus ingens allatum est, quod statutam à Cræso summam, quamvis immensam, multo superabat. Tunc Cyrus Cræso qui vix suis credebat oculis: Hi sunt, inquit, mei thesauri; arcæ vero, quibus meas opes servem, mihi non sunt nisi eorum quibus præsum animus et benevolentia.

Videas adolescentes omnia senectutis incommoda sentientes, quod intemperantiæ sese dederint; contra vero Cyrus, cum frugaliter admodum semper vixisset, ad ætatem valdè propectam totam juventutis viriditatem servavit. Princeps ille dum viveret, non solum à Persis, verum etiam à subactis gentibus tantum amatus est tantique factus, ut mortuus, tanquam omnium populorum communis pater universè fuerit desideratus.

Thème 352.

Obsidio Babylonis a Dario facta.

Cum Darius Primus urbem Babylonem quæ rebellare ausa fuerat obsideret, cives quo diutius durarent cibaria, atque acrius ipsi obsessam urbem tuerentur, eo barbariei venerunt, ut mulieres puerosque congregatos strangulaverint. Quâ strage patratâ, ab altis mœnibus obsidentibus insultabant, cunctasque in eos intorquebant contumelias. Perse, per menses duodeviginti vim astumque frustra adhibuerunt. Urbis expugnationem Darius desperabat, cum Zopyrus, naribus auribusque sectis, et cruentato corpore, Babylonem tanquam transfuga transiit, moxque portas aperuit copiis Persarum, qui oppidum nunquam seu oppugnatione seu fame occupare potuis-

sent. Quamvis potens esset Darius, non is erat qui posset virum ob ejusmodi officium dignè remunerari. Zopyrum omnibus cumulavit honoribus quos rex sibi subdito potest tribuere. Ubi Babylone potitus est Darius, istius superbæ urbis centum portas auferri, mœniaque everti jussit, ne postea rebellaret. Non est dubium quin quilibet alius ac Darius, pro victoris jure, omnes cives funditus perditurus fuisset. At princeps ille satis habuit, ter mille, inter rebellionis principes, stipitibus medios trajici, cæterisque ignovit. Is fuit exitus impiæ Babylonis, quæ Judæos, miseram atque à Deo dilectam gentem, crudeliter habuerat.

Thème 353.

Darii bellum adversus Scythas.

Scythæ certiores facti in seipsos Darium procedere, inita deliberatione quid sibi faciendum esset, cum intelligerent eos se non esse qui Persarum regi, utpote hosti formidando, soli resisterent, ad omnes vicinos populos legatos miserunt, ut ab eis auxilium peterent, admonentes eos commune esse periculum, pariterque omnium interesse, hostem omnibus insidiantem repellere. Nonnulli opem illis promiserunt: alii à bello quod ad ipsos minimè spectabat prorsus sese removerunt. Hos mox pœnituit. At Scythæ, ut conjuges suas ac liberos in tuto collocarent, illos in remotissimas regiones septentrionem versùs curribus transtulerunt cum suis gregibus, sibi solummodo servantes ea quæ exercitui erant necessaria. Curaverunt insuper obstruendos puteos et fontes, atterendaque pabula, quæ Persæ iter erant habituri. His ergo suis cum sociis obviâ iverunt, non quidem ut proelium cum illis committerent, sed ut, quo sibi expediebat, illos allicerent. Ità è regione in regionem eos duxerunt ad omnes populos qui ipsorum foedus repudiaverant, et quorum agri tum à Persarum, tum à Scytharum exercitu ex toto devastati fuerunt.

Thème 354.

De bello adversus Scythas sequitur.

Quo altius in Scythiam progrediebatur Darius, eo graviora exercitus ejus perferabat. Hic ad summas devenerat angustias, cum à Scythis venit caduceator, avem, soricem, ranam et quinque sagittas, Dario pro munere offerens. Quæsiuit Darius quid sibi vellent ista munera? Respondit caduceator ipsius esse sensum perspicere. Princeps ille primùm existimavit Scythas ipsi se dedere velle. Gobryas vero, unus è septem qui adversus magum se Cyri filium profitentem conjuraverant, hoc anigma aliter quàm Darius interpretatus est. « Persæ, ait, nisi in aerem avium iustar avolaveritis, vel nisi tanquam sorices latueritis in terrâ, aut nisi sicut ranae aquâ mersi fueritis, scitote vos Scythiarum sagittas haud esse vitaturos. » Reipsâ, totus exercitus in regionem vastam, incultam, desertam, et aquæ prorsus inopem adductus, penè periit; neque extrâ periculum ipse fuit Darius. Princeps ille qui se regnum, equo suo juvante, adeptum esse fatebatur, debuit referre quod incolumis (ou salvus) evadebat, camelo, qui aquâ oneratus, horrendam per solitudinem illum perdifficiliter secutus est. Darius jam non deliberavit, et, quanquam invitus, ab inconsulto incœpto desistere coactus est.

Thème 355.

Artaxerxes et Cyrus Junior.

Artaxerxes, quem Græci, incredibilem ob ejus memoriam, Mnemonem cognominavêre, à patre suo jamjam morituro quæsiuit, quid normæ per regnum adeo diuinum prosperumque sibi constituisset, ut ipsum posset imitari: « Omnem curam atque operam, respondit, ad hoc contuli, ut quod a viro justo atque honesto exigitur ego semper præstarem. »

Persarum autem reges, priusquàm inaugurarentur, suâ

togâ depositâ, quam tulerat priscus Cyrus, priusquàm rex fieret, hanc sibi induebant, ut discerent ejus quoque præclaras virtutes esse suscipiendas. Deinde, postquàm aridam ederant ficum, terebinthi folia mandebant, sorbebantque aceti et lactis potionem, sane ut intelligerent regali dignitati voluptates quidem inesse, admixtis tamen plurimis ærumnis, et solium, ut multis deliciis et honoribus, sic multis ærumnis et anxietatibus affluere.

Cyrus Junior, qui cum ambitione laboraret, existimaverat se patri successurum esse, suum fratrem Artaxerxem in ipso templo, totius in aula conspectu jugulare decreverat, cum hic suam togam deponeret, prisci Cyri togam induturus. Patefacto autem atroci consilio, apprehensus fuit necnon capite damnatus. Advolans autem Parysatis mater, mentis suæ haud compos, quem carissimum habebat Cyrum suis strinxit brachiis, illum incinctis capillis sibi alligavit, multoque ejulatu, multâ obsecratione, et multo fletu, ejus veniam impetravit, adeo ut ille in maritimas provincias quibus præerat remissus fuerit.

Thème 356.

De Artaxerxe et Cyro sequitur.

Curru suo vchabatur Cyrus, cum repenti horâ ferè nonâ matutinâ citato equo eques accurrit, quacumque iter ageret clamans, pugnae accinctum hostem adventare. Tunc Cyrus è curru desiliens, armis cito se instruit, et in equum insilit manu gerens jacula, jubetque quemque sua arma suumque ordinem resumere; quod statim præstitum est adeo celeriter, ut cibum sumere copiis haud licuerit. Clearchus, qui Græcis copiis præerat, Cyro suavit ut Græcorum agminibus sese obtegeret: « Quid ais tu? » respondit Cyrus: quid? vel eum rex fieri cupio, « num regno indignum me præstabo? » Nec mora, ad Artaxerxem rectâ procedit cum sexcentis suis equitibus, Artagersum præfectum sexies mille equitibus regem circumstantibus suâ manu interficit, omnesque fugat. Ubi

fratrem suum prospicit, oculis ardentibus exclamat : *Is-tum en video*, adversusque eum equum suum concitat calcaribus, comitantibus solummodo præcipuis sui exercitûs ducibus : namque ad fugientes insequendos dilapsæ erant ejus copiæ. Tunc Artaxerxem inter et Cyrum sibi invicem infensos quasi singulare fit prælium.

Thème 357.

De Artaxerxe et Cyro sequitur.

Inter se certabant Artaxerxes Cyrusque uter ferrum in pectus suo infigeret æmulo, istiusque necesse sibi solum adscisceret. Cyrus, dispulsis omnibus qui antè Artaxerxem dimicabant, hunc assequitur, cæsoque ejus equo, ipsum humi sternit. Postquam surrexit Artaxerxes, atque in alium equum insiliit, in eum denuo irruit Cyrus, icu secundo illum sauciat, paratque tertium, quem sperat postremum fore. Artaxerxes, non secus ac leo qui à venantibus se sentiens sauciatum furit vehementius, impetum facit, equum concitat in Cyrum, quem hastâ suâ tum percutit, cum eum quoque cæteri appetebant. Mortuus concidit Cyrus. Hunc alii à fratre suo, alii à quodam Carico milite occisum fuisse perhibent. Mithridates vero, juvenis Persa, gloriabatur se illi lethalem ictum infixisse, hastam ei propè oculum in tempus tanto impetu infigendo, ut caput ejus transfixerit. Aulæ ejus viri principes, ne suo superessent domino, circa corpus ejus mortem oppetere voluerunt; quod probat, ut Xenophon animadvertit, quanto amore illum prosequerentur. Artaxerxes caput et dexteram ei præcidi jussit. Is fuit junioris Cyri exitus.

Thème 358.

Decem millium receptus.

Quot et quantæ Græcis perrumpendæ fuerunt difficultates, cum, devicto occisoque Cyro, è Persiâ in patriam

rediêre! Cùm Tigrim, ob ejus altitudinem (*ou* : ut erat altissimus) trajicere non potuissent, montes præaltos coacti sunt transcendere. E quibus vero vix septem post dies descenderunt, cum amnis ducentos latus pedes illis occurrit. In rerum articulo eo magis deplorando versati sunt, quod certandum erat adversus hostes ipsis instantes, et adversus milites indigenas alteram amnis ripam occupantes. Amnem hunc tamen absque gravi jactura trajecterunt. Tigrim deinde ad fontem unde profluit trans-eunt. Per quemdam captivum certiores facti, Tiribazum, satrapam regi carissimum, ipsos aggressurum esse in angustiis ipsis necessario superandis (*ou mieux* : quâ ipsis necessario transeundum erat), has priores, fugato hoste, occupaverunt. Postquam aliquot diebus per deserta iter habuissent, Euphratem ad caput, aquâ vix attingente cingulum, transierunt. Dein graviter vexati sunt ab aquilone qui, cum vultum verberaret, illis intercludebat spiritum. In nive quinque aut sex pedes altâ incedebant; quod multis calonibus, multisque jumentis, et insuper triginta militibus exitio fuit. Per totam noctem materiam igni præbuerunt : namque affatim lignorum erat.

Thème 359.

De decem millium receptu sequitur.

Totâ die posterâ in nive etiam incessum est, adeo ut multi improbâ confecti fame, quæ languorem animæque defectionem gignebat, in viis jacerent; sumpto cibo nonnihil levati ire perrexerunt, hostibus constanter instantibus. Deprehensi multi in viis absque igne, absque cibariis manebant, ubi nonnulli interierunt. Nix nonnullis visum, aliis vero pedum digitos ademit. Commodiorem tandem nacti locum, per vicinos dispersi sunt pagos, ubi repertum est undè vires rescicerent. Exercitus, postquam dies septem his in pagis otio se dedisset, rursus in viam se dedit. Plures iterum montes transcendendi fuerunt, et adversus incolas armatos ut transitum inhièrent pu-

gnandum fuit. Hi vero fugati sunt, postque plurium dierum iter, in montem altum adventum est, unde mare prospiciebatur. Tunc cuncti milites conclamare: *Mare, mare*, nec poterant a lacrymis temperare, præfectos suos ducesque amplexati. Indè ad Colchicos montes progressi sunt, superatoque altissimo, invitis quidem indigenis hunc montem occupantibus, pergentes castra posuerunt in pagis, ubi fuit cibariorum abundantia.

Thème 360.

De decem millium receptu sequitur.

Cum in eo essent ut Græciam attingerent, recens est exercitus, qui octies mille sexcentorumque hominum numerum æquabat; hoc igitur itinere mille circiter et quadringenti homines tum labore aut morbo, tum suis vulneribus interierunt.

Huncce decem millium Græcorum receptum omnes semper admirati sunt; adeo ut multo post Antonium, quem ferè in eadem regione Parthi insequabantur, cum simili versaretur in periculo, tam invictum animum mirabundus exclamaverit: *O decem millium receptus!*

Clearchus vero ceterique quatuor præfecti Græcorum, qui juniore Cyro militaverant, per insidias apprehensi ducti sunt ad regem Artaxerxem, qui illos obruncari jussit.

Thème 361.

Sanctus Columbanus.

Columbanus, Hibernus natione, in humanis divinisque litteris apprimè versatus inter cetera ingenii sui et doctrinæ monumenta expositionem in Psalmos adhuc adolescens edidit. Carnis, mundi, et dæmonis triumphator, monasterium Benchor per id temporis celeberrimum ingressus est: in qua sapientiæ sanctioris schola usque adeo profecit, ut paucis post annis ex discipulo magister factus virtutis, et ad munus prædicandæ Evangelicæ veritatis a Deo vocatus, assumptis secum ab eodem

cœnobio duodecim monachis, in Britanniam, indeque in Galliam trajecerit.

Ab Austrasiarum rege perhumane exceptus, in Vosago monte humiles casas sibi, sociisque construxit: quibus in summa vitæ austeritate et rerum omnium inopia degentibus, sæpe Deus commeatum mirabiliter providit. Sed cum illa solitudo ab iis, qui ad Columbanum sanitatis obtinendæ gratia confluebant, frequentari cœpisset; festis ipse solemnioribus secedens in interioris deserti speluncam, quam huic digniori hospiti ursus concesserat, silvestrium arborum fructu, et fontis, quem e petra velut alter Moyses eduxerat, unda recreatus, procul ab hominum consortio, rerumque terrenarum curis, mentem divinis contemplationibus exercebat.

Thème 362.

De S. Columbano sequitur.

Cum vero illius sanctitatis fama ex his latebris erumpens, plures ad ejus magisterium efflagitandum undique alliceret, Luxoviense cœnobium in Burgundia condidit, in quo trecentos monachos laudis perennis sacrificium Deo offerentes, suis exemplis ac præceptis informavit. Quos ut in obedientia exerceret, agros aliquando e lectulo surgere, ac frumentum flagellare jussit, obedientibus laboris sui fructum sanitatem consecutis.

Suis ipse precibus crescere nunc in horreis, nunc in manibus annonam fecit. Interim cum sanctitate, doctrina et miraculis toti Galliæ præluceret, Theodoricus secundus Burgundiæ rex, cujus ille libidinem arguebat, virum Dei varie vexatum proscrispsit. Quare Luxovio extrusus, regis jussu Bisuntium ductus est, ubi captivorum vincula captivus ipse solo tactu confregit: moxque eadem, qua alios donaverat, libertate usus ad suos reversus est.

Thème 363.

De S. Columbano sequitur.

Tum vero sic Theodoricus, instigante Brunehilde regina, exarsit, ut ad eum e cœnobio exturbandum miserit satellites, quos præsens Columbanus, offusa divinitus eorum oculis animisque caligine, velut alter Eliseus clusit. Sed regis furori cedendum ratus, post prænuntiatum prophetico spiritu illi et posteritati ejus interitum, dum in Hiberniam trajiceret, exorta mirabiliter tempestate, in Galliarum oram repulsus, ad Theodebertum secundum Austrasiarum regem, se contulit; a quo benigne receptus ad lacum Brigantinum consedit, dirutisque idolorum templis, superstitionem ubique debellavit. Inde a gentilibus ejectus, in Italiam ad Agilulphum Longobardorum regem profectus est, exstructoque in Cottis Alpibus Bobiensi monasterio, Arianos coram et scriptis acerrime confutavit. Tandem gravissimis diurni exsilii laboribus pro gloria Dei perfunctus, in cœlestem patriam migravit undecimo kalendas decembris, anno Christi sexcentesimo decimo quinto.

Thème 364.

Sanctus Ildefonsus.

Ildefonsus, natione Hispanus, Toleti parentibus nobilissimis ortus, omnique cura nutritus, liberalibus disciplinis instructus est. Primum habuit præceptorem Eugenium Toletanum Antistitem, a quo ob præclaram indolem Hispalim ad Isidorum, magna tunc eruditione pollentem, missus est. Apud quem duodecim annos commoratus, tandem fruge bona, doctrinaque sana imbutus, Toletum remeavit ad Eugenium; a quo propter eximias virtutes, peritiamque non vulgarem Ecclesiæ Toletanæ archidiaconus effectus, mundi cupiens laqueos declinare, in Agaliensi monasterio ordinis sancti Benedicti monasticum institutum amplexus est; frustra parentibus, precibus et minis omnia tentantibus, ut eum a sancto proposito

revocarent. Monachi non multo post in defuncti abbatis locum eum subrogarunt: suspiciebant siquidem in eo (præter virtutes reliquas) æquitatem, morum facilitatem, prudentiam, et admirabilem sanctitatem.

Thème 365.

De S. Ildefonso sequitur.

Tantus itaque fulgor, tanta veræ pietatis lux (quod ipse timebat) latere non potuit. Eugenio namque vita functo, cleri, optimatum, totiusque populi decreto, Toletanus Archiepiscopus electus est. In qua dignitate quantum populo sibi commisso verbo et exemplo profuerit, quæ miracula ediderit, quam multis fuerit nominibus de Virgine Matre bene meritus, non potest paucis explicari. Cœnobium virginum in Deilfensi villula ædificavit, ac magnis muneribus auxit. Hæreticos quosdam, qui in Hispania hæresim Elvidianam, tollentem perpetuam Mariæ Dei Genitricis virginitatem, disseminabant, doctissime confutavit, et ab Hispania ejecit. Ejus autem hæc de re disputatio, in libro, quem scripsit de beatæ Mariæ virginitate, continetur; ipsa autem miraculo servi sui zelum confirmare voluit. Cum enim Ildefonsus ad preces matutinas Expectationis beatæ Mariæ in ecclesiam nocte descenderet, comites ejus in ecclesiæ limine, fulgore quodam repentino deterriti retrocesserunt: ille vero intrepidus ad aram progressus, Virginem ipsam vidit, et veneratus est ab eademque casulam, qua in sacrificiis uteretur, accepit.

Thème 366.

De S. Ildefonso sequitur.

Cum etiam dies Leocadiæ festus ageretur, et clerus frequensque populus convenisset, Ildefonsus ad sepulcrum virginis accedens, flexis genibus orabat; et ecce reserato repente sarcophago Leocadia sanctissima prodit: et

coram omnibus adstantibus, Ildefonsi merita de Virgine Maria commendavit, dicens: O Ildefonse! per te vicit Domina mea, quæ cæli culmina tenet. Illa vero recedente, Ildefonsus, arrepto Reccesvinthi, qui forte tunc aderat, gladiolo, velaminis partem, quo caput Leocadiæ tegebatur, resecut; eamque cum regio simul cultro celebri pompa in sacrarium intulit, ubi usque hodie servatur.

Scrpsit multa luculentiori sermone; sed variis molestiarum occupationibus impeditus, aliqua imperfecta reliquit. Obiit tandem feliciter, cum sedisset in Episcopatu annos novem, menses duos; sepultusque est in basilica Leocadiæ circa annum Domini sexcentimum sexagesimum septimum, Reccesvintho in Hispania regnante. Cujus corpus in generali a Saracenis Hispaniarum occupatione, in civitatem Zamoram translatum est, et in ecclesia beati Petri honorifice quiescens, magna illius populi religione colitur.

Thème 367.

Alexander Pheræus.

Nescio an unquam Alexandrum Pheræum ullus homo feritate superaverit: isti erat voluptati homines vivos terrâ obruere; in alios autem aprorum ursorumque pellibus tectos, suos canes venaticos immittebat, qui eos laniarent; aut ipse illos sagittis interficiebat.

Thebe, quæ sui mariti crudelitatem ac perfidiam, quantum qui maximè, detestabatur, ei necem cum tribus suis fratribus machinata est. Eo magis ardua erat res, quod tyranni palatium excubitoribus totam noctem vigilantibus redundabat. Quibus iste adeo non fidebat, ut illos plus quam cæteros homines formidaret, quandoquidem quasi penes eos erat ipsius salus. Ipse in summo cubabat cubiculo, quo scalis ascendebatur, et proxime stabat in excubiis ut custodiam ageret (ou ut vigilaret) immanis molossus catenâ illigatus, qui terrori erat, nec

illum noverat nisi herum et heram, servumque escam sibi præbentem.

Cùm adfuit tempus ad rem patranda constitutum, Thebe suos fratres in conclavi vicino interdium includit. Noctu autem in cubiculum ingressus est tyrannus, et ex templo, utpotè cibo vinoque onustus, arcè graviterque dormivit.

Thème 368.

De Alexandro Pheræo sequitur.

Paulo post Thebe egreditur, jubet servum foras abducere molossus, quo placidius ipsius conjux quiescat; ne autem scalæ per quas scandendum erat streperent, dum ascenderent ipsius fratres, gradus lanâ intexit. Omnibus ita paratis, fratres, pugionibus armatos, hortatur ut quam maximè placide ascendant. Fores assecuti, tantâ perculluntur formidine, ut jam progredi non audeant. Thebe haud sui compos, denuntiat se illico Alexandrum e somno excitaturam esse, eique ipsorum consilium revelaturam. Illi tum pudore tum metu animum exsuscitant: illos Thebe introductos juxta lectum deducit, dumque ipsa lampadem tenet, illi tyrannum validis pugionibus percussus interficiunt. Cujus de nece mox in urbe auditum est. Cadaver primum cunctis patens contumeliis, subditorumque pedibus conculcatum, canibus ac vulturibus prædæ instar permissum est. Is fuit exitus unius è crudelissimis tyrannis qui unquam exstiterunt.

Thème 369.

Alexander Magnus et summus sacerdos Jaddus.

Alexander Tyro Hierosolymam profectus est, statutum habens haud magis huic urbi quam illi parcere. Existimaverant enim Judæi se non posse Alexandro obsequium polliceri, dum viveret Darius, cujus in nomen juraverant. Statuerat igitur Alexander in Judæos non

minus acriter quam prius in Tyrios animadvertere, quod parere detrectassent. At Deus impedivit ne istiusmodi consilium patraret. Summus enim sacerdos Jaddus, tantis malis plebi Judaicae impendentibus, ad Deum confugit, praescriptisque publicis precibus illius auxilii implorandi gratiam, ipse sacrificia obtulit. Cui Deus sequenti nocte cum in somniis apparuisset, iussit urbem spargi floribus, omnes aperiri januas, ipsumque ornatu pontificio vestitum, cum omnibus sacrificiis suo pariter vestitis, caeterisque alba veste indutis, Alexandro obviam procedere, nihil ab illo principe formidantes, promittens se illis fore praesidio. Quibus iussis diligentissime obtemperatum est. Syri autem ac Phoenices qui in Alexandri exercitu versabantur cum Judaeos penitus et acerbè odissent, neutiquam dubitabant quin rex, adeo exasperatus, in summum sacerdotem insignissime animadversurus esset urbemque Hierosolymam, veluti antea urbem Tyrum, esset diruturus. Ubi Judaei regem adventare audire, illi obviam ierunt.

Thème 370.

De Alexandro sequitur.

Obstupuit Alexander aspectu summi sacerdotis in tiarâ et fronte gerentis laminam auream in qua Dei nomen inscriptum erat. Ubi illum conspexit, venerabundus ad eum accedens, humi prostratus hoc nomen adoravit, summumque sacerdotem quam reverentissimè salutavit. Judaei, circum Alexandrum congregati, vocem vero attollunt, ut ei cuncta prospera precentur. Omnes adstantes valdè stupefacti vix suis credebant oculis. Parmenio non potuit regem non sciscitari cur à cunctis adoratus, Judaeorum summum sacerdotem ipse adoraret. « Neutiquam ego summum sacerdotem, respondit Alexander, Deum autem cuius ille minister est adoro. »

Deindè narravit sibi, cum adhuc in Macedonia degeret, deliberaretque qua viâ Asiam posset subigere, eundem virum in somniis apparuisse, hortantem ut nihil metue-

ret, ac promississe, Deum cuius ille minister erat suo praetiturum esse exercitui, seque ejus beneficio de Persis relaturum victoriam.

Thème 371.

De Alexandro sequitur.

« Minime dubito, subjecit Alexander, quin, jubente et « duce Deo, id bellum susceperim : jamque pro certo « habeo à me victum iri Darium et Persarum imperium « eversum iri ; quapropter hunc Deum in suo sacer- « dote adoro. »

Alexander, postquam his verbis Parmenioni respondit, summum sacerdotem caeterosque sacerdotes amplexus est, quibuscum deindè ipse medius procedens, in templum ascendit, Deoque victimas immolavit. Summus sacerdos, illo audiente, legit ea quae apud prophetam Daniele ad ipsum spectabant. Haud aegrè intelligas quanto gaudio et quantae admirationi Alexandro fuerint tam perspicua adeoque fausta vaticinia. Priusquam Hierosolymâ excederet congregatos Judaeos interrogavit quid beneficii à se expeterent. « O princeps ! illi responderunt, hoc te rogamus, ut per te nobis liceat secundum majorum consuetudines vivere, nosque tu septimo quoque anno soliti « tributi immunes facias. Nostrae enim prohibent leges « ne anno isto agris semen mandemus. Ideoque fruges « fructusque haud possumus percipere. » Tantum abest ut Alexander quod petebant Judaei gravatè concesserit, ut contra promiserit, si qui vellent in suis exercitiis stipendia facere, ipsis concessum iri facultatem suam profitendi religionem omnesque suas servandi consuetudines. Quod ut proposuit, statim multi militiae nomen dederunt. ®

Thème 372.

Venerabilis Beda.

Sanctus Beda, Venerabilis, etiam dum viveret, ab Ecclesia honoris causa dictus, Girvi in Britanniae ac Scotiae finibus originem habuit. Septem annos natus, sancti Benedicti cognomento Biscopi, coenobii Wiremuthensis abbatis, disciplinae a parentibus traditus: sic ab ineunte aetate vitam ad Regulae mentem instituit, ut cum se sacris studiis totum traderet, nihil de divinae laudis stans officii, nihil de regularis vitae exacta observatione remitteret. Nullum fuit artis aut disciplinae genus, in quo non fuerit diligentissime versatus. At sicut ipse de se fatetur, nihil illi dulcius erat, quam divinas legere sedulo et exponere Scripturas: in ejus rei subsidium, praeter latinam, etiam graecam linguam comparavit, nec hebraicam ignoravit. Erat autem Beda decentis staturae, incensu gravis, voce sublimis, ore facundus, et vultu decorus, quadam jucunditate admixta severus. Unde bonis et devotis erat affabilis; negligentibus autem terribilis.

Thème 373.

De V. Beda sequitur.

Decimo nono aetatis suae anno diaconatum privilegio singulari promeritus, trigesimo sacerdotium, jubente Ceolfrido abbate suscepit. Tum hortante Acca, Hagulstradensi episcopo, sacrorum librorum expositionem aggressus; ita doctrinae sanctorum Patrum se addixit, ut non suam ipsius sententiam, sed eorum scita ac verba exprimere studeret. Romam a Sergio papa ob doctrinae et pietatis famam, litteris ad Ceolfridum abbatem missis, evocatus est, ut difficillimis de rebus sacris quaestionibus solvendis operam suam conferret. Scripsit praeterea Beda de omnibus artibus, quas liberales vocant, tractatus plures atque pulcherrimos. Nec minorem curam adhibuit emendandis morum corruptelis quae popularium

suorum vitam illa aetate deformabant. Hinc praeter epistolas, quas ad Episcopos hoc de argumento scripsit, ecclesiasticam suae gentis historiam composuit: ut quid sequendum, quidve fugiendum esset, ex majorum exemplis posterius intelligerent. Viros etiam pios ac sanctos, cum veteres, tum novos, scriptis suis celebravit.

Thème 374.

De V. Beda sequitur.

His aliisque scriptis tantam sui existimationem reliquit ut sanctus Bonifacius, Moguntiacensis episcopus et martyr, eum Ecclesiae lumen, Lanfrancus Anglorum doctorem, Aquisgranenses Patres doctorem admirabilem non cupaverint. In instituendis vero discipulis, quos in monasterio frequentes habuit, id potissimum curabat, ut ne falsa sive dubia pro veris, aut vanas artes pro utilibus sectarentur. Nihil tempore carius ducebat: cujus ne minimum quidem punctum, quod a divinis ac regularibus officiis reliquum erat sive lectione aut pia quadam exercitatione elabi sineret. Sic studere solitus erat, quasi id unum ageret; sic orare, tanquam mentem ab omnibus studiis vacuam haberet: sciens ab amatore scientiae salutaris vitia carnis facile superari. His studiis occupatus, a saecularibus curis penitus abstractus erat; unde officium Abbatis oblatum nunquam voluit suscipere, ne cura rei familiaris distractus, a piis meditationibus, vel ad modicum tempus, cogeretur discedere. Erat ei mos ex lectione vehementer accendi et compungi ita ut saepe inter legendum et docendum lacrymas effunderet ardentibus; unde post lectionem et studium ad orationem sanctus Doctor devotius se conferebat: haud ignorans magis Dei gratia, quam propriis viribus ad Scripturarum scientiam perveniri.

Thème 375.

De V. Beda sequitur.

Cum attigisset annos ætatis sexaginta tres, difficultate anhelitus a Dominica Passionis usque ad festum Ascensionis diem laboravit. Per id tempus, cum brevi moriturum se intelligeret, nec tamen a sacrorum librorum interpretatione cessabat. In pervigilio Ascensionis, ad cœlestem gloriam anhelans, piam illam precationem, « *O Rex gloriæ* », qua Ecclesia postulat, ne Christus cœlos repetens suos derelinquat orphanos, frequenter ingeminabat. Accita autem congregatione, communicatus et unctus est: osculoque cunctis libato, futuram sui memoriam a singulis imploravit, a sacerdotibus maxime missas atque preces enixe pro se flagitans. Tum, vespere facto, depositus in cellæ suæ pavementum cilicio stratum, illibato sensu et hilari animo, dicto Gloria Patri, cum Spiritum Sanctum nominasset, animam Deo reddidit, anno septingentesimo trigesimo quinto, septimo kalendas junii. Mox tam suavissimus odor subsecutus est, ut omnes qui aderant in paradiso se esse putarent. Sepultus est in monasterio Girvensi; ex quo sacræ ejus reliquiæ, cum sancti Cuthberti corpore, Dunelmum postea translatae sunt.

Thème 376.

Sanctus Odilo.

Odilo, in Arvernia, decimo sæculo mediante, equestri familia ortus, adulta vix ætate clericorum ordini nomen dedit. Mox ad majorem spiritualis vitæ perfectionem aspirans, sancti Maioli disciplinæ se totum addixit. Quo magistro tantum profecit, ut spretis mundi divitiis et honoribus, monachorum Cluniacensium cœtui adscribi curaverit. Cum vix quatuor inter eos sanctissime explevisset annos, a sancto Maiolo morti proximo successor in monasterii præfecturam designatus, communi fratrum

suffragio eligitur. In quo munere monasticæ sanctitatis et pastoralis sollicitudinis exemplar se constanter exhibuit. A romanis pontificibus præclare habitus, non minus sæculi principibus acceptus fuit. Erga eum sanctus Henricus imperator affectum suum donis magnificis comprobavit. Hugo, Francorum rex, ejusque filius Robertus, frequenter testati sunt qua in veneratione apud eos esset. Sed eum præ ceteris coluit sancta Adelais regina, cujus vitam ipse vir sanctus conscripsit.

Thème 377.

De S. Odilone sequitur.

Divinarum rerum contemplationi addictissimus, caritatis igne ita aestuabat, ut negotiorum licet pene infinitorum multitudine obrutus, numquam omitteret pietatis officia, quibus illa aleretur. Nec itinerum difficultatibus, nec monasteriorum cura, nec alia qualibet occasione, ab offerendo sacro missæ sacrificio avocari potuit: quod solebat cum exuberanti lacrymarum effusione præstare. In beatissimam Virginem adeo devotione fervebat, ut dum caneretur in ecclesia versus: Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis uterum; statim in terram reverentiæ causa pronus corrueret.

Quam erga Deum habebat Odilo caritatem, in proximum etiam diffundere nunquam omisit. Quod potissimum eluxit tempore famis: qua invalescente, vasa sacra et pretiosa quæque ornamenta, quibus ex regum atque principum donariis affluebat Cluniacensis ecclesia, distrahere ac vendere non dubitavit, ut pauperum necessitatibus subveniret: quin et coronæ aureæ, a sancto imperatore Henrico in sui memoriam oblatae, non pepercit.

Thème 378.

De S. Odilone sequitur.

Ad compescenda bella et cædes quæ hisce temporibus adeo frequentabantur, qua pollebat auctoritate apud principes et populos, maxime partes habuit in instituendo fœdere publico, quod Treuga Dei appellatum est. Non minore caritate flagrans erga animas piacularibus flammis addictas, primus omnium diem commemorationi generali omnium defunctorum solemniter celebrandæ peculiariter dedicatum constituit: quem ritum postea universalis suscepit Ecclesia.

Erga eos qui sibi subjiciebantur, tanta utebatur mansuetudine vir in semetipsum austerus, perpetuoque utens cilicio, ut etiam nonnulli ei vitio vertere conati fuerint quod in agendo videretur, quam ut Abbatem deceret indulgentior. At ipse respondebat: Si damnandus sum, malo damnari de misericordia, quam de duritia. In imponendis pœnitentiæ modis ita erat circa errantes compatiens, ut nequaquam districtum patris imperium, sed maternum potius exhiberet affectum, clementissimi et misericordissimi viri titulum a suis consecutus.

Thème 379.

De S. Odilone sequitur.

In tuendis monasterii sui immunitatibus sollicitus et fidelis astitit. Sed nihil ex humilitate religiosa unquam detraxit; et amplissimas dignitates, inter quas Lugdunensem ipsum archiepiscopatum, ultro sibi oblatas, constantiter recusavit. Cum sacrum Cassini montem invisere statuisset, illum, ob reverentiam sanctissimi Patriarchæ, pedes integrum conscendere voluit. Honorifice a monachis exceptus, a Theobaldo Abbate unam sibi gratiam concedi efflagitavit: ut scilicet omnium fratrum vestigiis provoluto, eorum pedes osculari sibi liceret. A monachis rogatus ut Cassinensi cœnobio aliquid e sancti

Mauri dilectissimi sancti Benedicti discipuli reliquiis impetraret, os brachii a Fossatensibus monachis non longe a Lutetia degentibus pro eis obtinuit: quod argentea inclusum theca, sex e suis fratribus commisit, qui ipsum ad sacrum montem deferrent.

Doctorum sui temporis virorum, præsertim venerabilis Fulberti Carnotensis Episcopi amicitia donatus, litterarum scientiam cum virtutibus conjunxit, et studia in suis promovenda curavit. Romam profectus, illam a Deo gratiam postulavit, ut ante Apostolorum sepulcra efflaret animam. Sed mox in Gallias redire coactus, gravi tandem confectus senio, postquam per annos quinquaginta sex monasterium rexisset; nocte quæ Circumcisionis Dominicæ solemnia præcedebat, anno millesimo quadragesimo nono, immaculatum spiritum Deo reddidit: miraculorum fama in vita et post mortem celebratus.

Thème 380.

Cæsar et Pompeius.

Nihil esse primum videbatur quod formidaret vel speraret Roma à Julio Cæsare, adeo, juvenis adhuc, voluptatibus erat deditus; postea vero eo ambitionis processit, ut Alexandro æmularetur, haud dubitans fateri malle se in vico primum esse quàm Romæ secundum. Nihil ei longius erat quàm ut consulatum adipisceretur: cum autem attenderet inter se contendere Pompeium et Crassum uter plures senatores ad se alliceret, neutrumque ab altero amari, nihil intentatum reliquit, ut gratiam inter ambos imperatores componeret. Prior suis prosperè gestis, posterior suis immensis opibus, singulis diebus Romæ potentiores evadebant. Quorum gratiâ nixus Cæsar, quod expetebat haud ægrè obtinuit. Crassus autem quamvis singulos in dies thesauros congereret, divitiarum siti ardebat. Ejus sententiâ, haud dives ille erat, cui non suppetebat undè exercitum aleret. Cum nihil haberet anti-

quius quam ut suam expleret cupiditatem, in Asiam prope-
ravit.

Thème 381.

De Cæsare et Pompeio sequitur.

Crassus, direpto Hierosolymæ templo, in expeditionem
adversus Parthos temerè se intulit, solis horum im-
mensis thesauris bellum moventibus. Eo acrius Parthi
depugnaverunt, quod ergà ipsos jus gentium ruptum
fuerat, adeo ut cæsus fuerit Romanus exercitus, Crassus-
que ipse simulque ejus filius occisi sint. Quandiu vixerat
Crassus, Cæsarem ac Pompeium quasi suspensos detinue-
rat. Vix autem de morte ejus auditum est, cum erupit
discordia inter duos imperatores, quorum unus superio-
rem, alter vero etiam ambitiosior, ne parem quidem pati
poterat. Hic tum Romæ palam venum ierunt omnia, urbs-
que factionibus cunctisque flagitiis redundavit. Cæsar,
intrà decennium, omnes Galliæ populos, licèt admodum
intrepidus, singulos domuerat, illosque tandem tum suâ
solertiâ, tum suâ fortitudine, necnon bellicis facultatibus
suò subjecerat imperio. Pompeius vero Romæ adeo po-
tens evaserat, ut non dubitaret dicere, si terram pede
percuteret, indè prurpturum esse exercitum.

Thème 382.

De Cæsare et Pompeio sequitur.

Cum deliberatum est utrum duobus imperatoribus
prorogaretur imperium, an ab isto revocarentur, Cæsar,
ut perhibent, abdicare haud abnuit, modo idem faceret
suus æmulus; non item Pompeius: per hunc non stetit
quin Cæsari abrogaretur militare imperium, ut ipse sum-
mam haberet potestatem. At Cæsar non commisit ut ob-
temperaret. Certior factus se inter Romæ hostes relatum
fuisse, in hanc urbem processit. Ferunt illum, cum Ru-
biconis Cisalpinam Galliam ab Italiâ reliquâ dividendis
ripam attigisset, animo fluctuavisse num hunc annem

trajiceret: « Ni trajiciam, ait, de me conclamatum est;
« sin autem trajecero, quot et quanta Romæ impendent
« infortunia! » Postquàm secum reputavit quanto adver-
sarii sui ipsum prosequerentur odio, exclamavit: *Alea*
jacta est, annemque trajecit. Cum Romam ipsam mox in-
vasisset trepidatio, senatus urbem periclitari denuntiavit,
omnesque cives jussit arma capere. At quia adversus hos-
tem tam formidandum nihil prorsus apparaverant, non
commisit Pompeius ut eum in urbe firmè ac intrepidè
expectaret. Nihil sibi satius esse existimavit, quàm cito
ab Italiâ excedere.

Thème 383.

De Cæsare et Pompeio sequitur.

Frustra vel in Macedoniam fugit Pompeius; hunc eo
persecutus Cæsar, propè Pharsalum de illo plenissimam
retulit victoriam. Narrant eum praelii locum cadaveri-
bus constratum videntem, non potuisse quin ab imo sus-
piraret, omnesque Pompeii chartas in ignem generosè
conjecisse, dicendo se malle scelera nescire, quàm ea non
posse inulta atque impunita dimittere. Cum ei postea
Pompeii qui in Ægyptum fugerat caput attulissent, adeo
gaudium, uti expectaverant, non testatus est, ut contrà
nonnisi indignationem doloremque indicaverit. Cæsar
in perpetuum dictator nominatus, ab conciliandos sibi
Romanorum animos frustra laborem contulit; cum neu-
tiquam dubitarent quin regis titulum appeteret, in eum,
Cassio Brutoque ducibus, conspiratum est. Hunc filii
instar amabat Cæsar; nec satis habens vitam ei serva-
visse, suis beneficiis illum cumulaverat. Statutum fuit
dictatorem in ipso senatu percussum iri cum in eo esset
ut, ad ulciscendam Crassi cladem ac necem, bellum in
Asiam adversus Parthos inferret.

Thème 384.

De Cæsare et Pompeio sequitur.

Cum primum perpendisset Cæsar num in senatum se conferret, inconsultè tamen periculum adiit, minimè suspicans suæ vitæ insidiari quempiam esse ausurum. Vix autem ingressus est, cum conjurati, districtis pugionibus, illum vulneribus confoderunt. Ferunt eum, viso Bruto, exclamavisse: « *Tu quoque, mi fili Brute!* » jamque non repugnantem togâ caput obvolvisse.

Statim ac Cæsar animam efflavit, qui eum interfece- rant, pugionibus armati, urbem peragrârunt clamantes, Romæ regem jam non esse. Quibus nonnulli patricii se conjunxerunt. At consul Marcus Antonius, lecto Cæsaris testamento, populum tum dictatoris præconio, bellico- rumque ejus facinorum enarratione, tum expansâ ejus togâ imbutâ sanguine, et monstratis quæ à suis sicariis acceperat vulneribus, inflammavit, omnesque adeo movit animos, ut plebecula furore incitata conjuratorum domos vellet incendere. Hi autem Româ excedere propera- verunt, ut plebis furorem devitarent.

Thème 385.

Octavius et Antonius.

Post Cæsaris cædem, inter triumviros, id est Octavium, Marcum Antonium Lepidumque convenit de summâ potestate in quinquennium dispertiendâ, belloque conjuratis inferendo. Ne deesset undè alerentur ipsorum copiæ, antè omnia, hostes proscriptione exterminaverunt. Cujus ut pateat atrocitas, hoc unum dicam, nimirum triumviros, ut sibi invicem pergratum facerent, neque sibi genere proximis, neque amicis pepercisse. Omnem exuentes humanitatem, trucidandos tradiderunt, suum fratrem Lepidus, Antonius suum avunculum, Octavius- que Ciceronem qui ipsum quantum qui maximè adjuve- rat. Interpositâ capitis poenâ prohibitum est ne quis ulli

è proscriptis succurreret aut præberet per fugium : et eo usque processum est ut illi promitteretur præmium qui proscriptos occidisset, imo civitatis jus servo qui suum interfecisset dominum. Jugulati sunt senatores trecenti, plusque bis mille equites. Pro crimine habe- bantur divitiæ iis in quibus nulla odii causa inerat. Quamvis publicata fuissent tam multorum hominum bona, proscriptorum tamen matribus, filiabus et cognatis pecunia irrogata est.

Thème 386.

De Octavio et Antonio sequitur.

Triumviri cædibus rapinisque exsatiati, nihil longius habebant quàm ut suum in reipublicæ fautores consilium exsequerentur. Commissâ Lepido Romæ custodiâ, duo ejus collegæ profecti sunt in Macedoniam, quo Brutus Cas- siusque suas copias collegerant. Numquàm majores existi- terant Romani exercitus, quàm illi qui de Romæ fato mox erant judicaturi (1). Ex utrâque parte stabant plus centum millia hominum, qui omnes pugnare erant as- sueti, et quorum alii ambitione, libertatis amore alii incitabantur. Per Cassium non stetit quin prælio abstinere- tur. Namque, dux uti perspicax, censebat hostes, fru- mentis et commeatûs inopiâ, vel sinè pugnâ certo esse ruituros. Attamen dimicatum est, tum quia à Cassio dis- sensit Brutus, tum quia milites ignaviæ loco habentes non conflare, conqueri, imò à signis discedere incipie- bant. Philippis, in Macedonia ac Thracia finibus com- missum est prælium.

Thème 387.

De Octavio et Antonio sequitur.

Octavius in pugnâ haud minùs ignavus quàm audax in militari concilio, infirmæ valetudinis specie, latere non

(1) *Hæc dies de nostris controversiis judicabit (Cæsar)*

erubuit. Cujus legiones Bruti operâ profligatæ sunt. Cùm autem dux ille fugientibus nimis incautè institisset, Cassiumque non juvisset auxilio, hujusce copias perripuit depulitque Antonius. Nesciens Cassius quonam successu suus collega dimicavisset, ab uno è suis libertis se interfici jussit. In castra reversi sunt duo exercitus, ancepsque fuit uter devicisset. Cùm triumvirorum copiis, ob cibariorum penuriam, impenderet exitium, Brutus intelligens quàm sanum fuisset Cassii sui collegæ consilium sequi, non commisisset ut secundi prælii adiret aleam, ni militum pertinaciâ id facere coactus fuisset. Quamquam summâ dimicavit fortitudine, illi accidit ut, deleto quidem prorsus cornu cui præerat Octavius, à prælio victus discederet. Tunc Brutus cum existimaret de libertate actum esse, se ipse gladio occidere haud dubitavit; vel, ut censent alii, postquam noctu in tumulo delituit, se suo gladio ab uno ex his qui ipsum comitabantur transfodi jussit.

Thème 388.

De Octavio et Antonio sequitur.

Postquam ad Philippos dimicatum est, Octavius sibi unicè inserviens, depellendis duobus suis æmulis totum se dedit. Primum nonnihil prætexuit ut à se removeret Lepidum cujus eò magis stupenda erat ad honores pro-
vectio, quòd nullâ virtute præditus erat. Istum ab eo vitam precari cum non pudisset, satis habuit in contemptu ac latebris postea degere. Solus jam Antonius cum illo de imperio contendere poterat. Duo isti æmuli, primò à se invicem alienati atque dein in gratiam reversi, omnes provincias sibi diviserant. Antonius autem voluptatibus deditus, plurimis flagitiis, in odia hominum atque in contemptionem ità incurrit, ut Octavius, nullo prætermisso istum criminandi loco, eum tandem coram senatu accusaverit. Decreto bello, Antonius, quis credat? inter saltatores versatus, deditusque voluptatibus illud apparavit.

Ipsi amici ejus istam agendi rationem indignè tulerunt, multique ex illis ab eo defecere. Duo æmuli, priusquam controversiam suam armis dirimerent, certaverunt uter in utrum acerbius probris inveheretur. Tandem ad arma ventum est, prælioque navali Actiaco fixum atque statutum est quid fieret de imperio.

Thème 389.

De Octavio et Antonio sequitur.

Antonium terrâ licèt superiorcm, Cleopatra impulit ut mari decertaret. Cùm inter pugnandum regina ista aufugisset, suimet adeò oblitus est Antonius, ut ad illam sequendam cuncta prorsus reliquerit. Octavius, vel quò rectiùs dicam, Agrippa dux ejus, retulit victoriam. Antonii autem terrestris exercitus, qui ex novemdecim legionibus, equitumque duodecim millibus constabat, illo nequicquam diù exspectato, ad victoris vexilla convolavit. Ægyptum haud ægrè subegit Octavius. Fertur Antonius, omni spe orbatus, Alexandria sibi ipse mortem conscivisse. Cleopatra autem cum timeret ne ad Octavii triumphum servaretur, adhibito aspidis ictu, aut alio veneno hoc opprobrium effugit. Ità Caesaris nepos multâ calliditate multâque astutiâ, prætermisâ ipsius sævitie, summam quam etiam juvenis affectabat, assecutus est potestatem. Historicis si fidem adhibeamus, quàm iniquum triumvirum, tam æquum se gessit imperatorem. Sed licet tum historici tum poætæ illum copiosè laudaverint, mihi tamen dubium est nùm præclara ejus facinora, quantumvis numerosa facias, horrendam istius triumviratûs maculam funditûs delere potuerint.

Thème 390.

Sanctus Franciscus Salesius.

È parentibus clari generis præstantiorisque pietatis natus est sanctus Franciscus. Litteris primùm studuit

Anneceii; undè Lutetiam missus est, ibi rhetoricæ, philosophiæ necnon theologiæ operam daturus. Parisiis Pata-
vium venit ut juri civili studeret. Vix credas quot ibi
objectus fuerit periculis. Quoties libidinosi juvenes cas-
timonie ejus insidiati sunt! Haud aliter quàm auxilio
Dei cui soli confidebat istorum laqueis liberatus est. Ne
rursus appeteretur, preces, labores, corporisque afflictio-
nes duplicavit. Hinc ægrotavit mortiferè, nec sinè
quodam miraculo è morbo recreatus est.

Postquàm studiis finem fecisset, (1) suus illum pater
ad uxorem ducendam incitavit. Eodem tempore à Sabau-
diæ duce senator designatus est. Tunc Franciscus consi-
lium suum coactus exponere, patri significavit delibera-
tum et constitutum sibi esse sacerdotio initiari, ut Deo se
totum devoveret. Cui consilio eò ægrius parentes ejus
assensi sunt, quod erat maximus natu filius.

Thème 391.

De S. Francisco sequitur.

Franciscus, sacerdotio initiatus, præbuit se virum apos-
tolico spiritu repletum, animarumque salutis studio fla-
grantem. Quàm rarissimè evangelizabat in civitate, adeò
metuebat ne sibi plauderetur. Illum autem videre erat
pagos et vicos peragrantem, ut misellos erudiret ruricolos,
inter quos multi in summâ religionis ignorantia versa-
bantur. Cùm postea in eo fuit ut in agrum Caballicum pe-
dem inferret, flexo poplite, Deum precatus est, plurimas
effundens lacrymas; dein Ludovicum cognatum et comitem
toto amplexatus pectore, ait illi: « In istam regionem non
« ingredimur, nisi ut apostolorum fungamur munere,
« eoque prosperius res nobis procedet, quo diligentius
« illos imitabimur. Nostros igitur equos à nobis amo-
« veamus, et iis quæ ad victum necessaria sunt contenti,

(1) Pour l'emploi du subjonctif avec postquam, voir l'avertisse-
ment.

« pedibus ingrediamur. » Nemo sibi fingere potest cogita-
tione quot et quanta Francisco in istâ regione perpe-
tienda fuerint. Diversoriorum aditu prohibitus, sub
dio pernoctare cogebatur. Cuncta illi, panem etiam pro
pecunia abnuebant; magus atque præstigiator appella-
batur; ejusque adversariorum furor eò processit, ut qui
eum interficerent plures ab eis subornati sint.

Thème 392.

De S. Francisco sequitur.

Nullâ difficultate a proposito deterreri potuit Francis-
cus; quodque sermone primùm præstare non potuerat,
illud sensim effecit mansuetudine, patientia, mirandisque
vitæ exemplis. Homines vel maximè cæci induratique
hortanti ei cedentes, ad Ecclesiam rediére. Paucos intrâ
annos in Caballico agro, necnon in majori dioceseo
Genevensis parte religio catholica restituta est. Præsul
vehementer commotus quod res ita processerat, eoque
mirabilius quod talia sperare vix ausi fuerant, Francis-
cum sibi postulavit adiutorem, illique Anneceium rever-
tenti sui consilii fecit copiam. Sancto sacerdoti magis
nota erant episcopatus munera necnon pericula, quàm
ut tantum onus non formidaret. Ab eo suscipiendo
abhorruit, quamvis acriter instaret episcopus. Auctoritate
compellendus fuit. A præsule jussus Franciscus proposi-
tum sibi munus accipere, quid sibi agendum esset diù
perpendit. Victus est tandem metu ne et in Deum et in
suum præsulem contumax videretur. Vix autem assensus
est, cùm acerrimo dolore fuit percitus.

Thème 393.

De S. Francisco sequitur.

Franciscus ad sedem Genevensis proventus quam
simplicissime vestiebatur; vestibis enim sericis aliisve
nimum splendens nunquam usus est. In mensâ ejus

vulgares duntaxat cibi apponebantur, nisi interveniret quispiam vir clarissimus. Ejus famulis omni ludo interdicebatur. Cum illis, tanquam pater cum liberis, vitam agebat. Erudiendæ juventuti imprimis operam dedit, haud nescius indè omnem pastoralis laboris fructum pendere. Quàm diligentissimè ipse inquirebat de doctrina ac moribus eorum qui sacris ordinibus initiandi accedebant, nec ullum nisi eruditum ac vitæ integrum admittebat. Cum interdum admoneretur sacerdotibus carere suam diocesim, idque ipse sanè nosset; respondebat non tam sacerdotibus quam sacerdotibus probis egere Ecclesiam, rogandumque esse messis Dominum, ut ad eam operarios mitteret. Dum lustrabat diocesim, ut in ovile congregaret tam multas oves errantes ac perditas, quæ pastoris vocem nunquam fortè audierant, horrendas per solitudines incedebat pedibus, cumque in montes quasi inaccessos adreperet, summum erat periculum ne ex præcipiti devolveretur, si fortè fallente vestigio lapsus fuisset.

Thème 394.

De S. Francisco sequitur.

Sanctus Franciscus cum misellis ruricolis adeò benignè colloquebatur, ut illi commoti lacrymas funderent. Eorum ad dolores descendens, illis, quantum poterat, erat auxilio; illumque sæpè viderunt vestium partem exuentem, quæ pauperes indueret, quando jam nihil habebat quod iis largiretur. Pagi cujusdam legati olim ter leucas ab eo loco trajecerant ut illum adirent certiolemque facerent, rupibus à montibus avulsis multos pagos plurimosque incolas cum magno pecudum numero obtritos fuisse; seque istà calamitate ad summam redactos inopiam, pendendis vectigalibus esse impares; atque ab eo supplicibus verbis petierunt ut mitteret qui rem ità esse recognoscerent, ut ipse postea in ipsorum gratiam posset scribere. Semet obtulit Franciscus; cumque ei opponerent

invia esse itinera, ab illis quæsit nonne indè venirent. Responderunt se utpotè inopes istiusmodi laboribus assuefactos esse. « At ego, reposuit sanctus episcopus, « vester tanquam pater, vestris utilitatibus per meipsum « teneor consulere. » Cum illis pedes profectus, tribus leucis emetiendis diem solidam insumpsit. Cùm advenisset, homines cunctarum rerum egenos, atque ad horrendam redactos penuriam reperit: collacrymans illos solatus est, quidquid pecuniæ attulerat, illis erogavit, ad Sabaudia ducem scripsit illorum gratiã, atque ab eo nihil non impetravit.

Thème 395.

De S. Francisco sequitur.

Cunctos alliciebat divi Francisci charitas; et quidam, ut illum adirent, centum vigintique leucarum iter confecerunt. Accipe quid ei contigerit Lugduni, quò nonnullorum negotiorum causã se contulerat. Per hominem sibi ignotum litterulas hæc perpauca tenentes accepit: « Ni quamprimum veneris meam auditorus confessio- « nem, Deo pro anima mea ratio tibi reddenda erit. » Indicavit Franciscus quoddam monasterium quò se confestim iturum esse promisit. Cum adventaret, vidit famulum duos equos habenis inhibentem. Ingressus est in locutorium, ubi hominem ingentis staturæ vultusque asperi ac peregrini nactus est. Equitum modo vestiebatur, gerebatque agrestem penulam, quæ, ne agnosceretur, os sibi tegebat. Sanctum præsulem non adeo obsequenter excepit: atque ubi in colloquiorum loco adfuerunt, fenestras clausit ac januam, clavemque sumpsit, abscisso prius tintinnabuli funiculo, ne fortè interpellaretur. Franciscus attentis contemplabatur oculis ista quorsum evaderent, cùm peregrinus eum deprecatus ut sederet, ad pedes ejus se abjecit, illique confessus est se potentissimum esse principem; et ultra modum licentiolem vitam agere, suisque pravis exemplis multos sibi subditos in

eadem impulsisse flagitia; adjecit se, cum de ejus erga poenitentes benignitate audivisset, è longinquo venisse, ut omnia anteactæ vitæ peccata ipsi confiteretur. Et quidem illi peccata sua declarare cœpit, plurimas effundens lacrymas, et euncta verè contriti cordis præbens specimina. Alius omninò ac fuerat, nullique nisi sancto episcopo cognitus, domum repetiit.

Thème 396.

De S. Francisco sequitur.

Exeunte anno millesimo sexcentesimo decimo octavo, Parisios petere coactus est Franciscus cum Sabaudia cardinali, cui datum erat negotium, ut de principis Pedemontani matrimonio cum Christina quæ de stirpe Gallia regum erat constitueret; illa vero sanctum præsullem sibi primum eleemosynarium ultro elegit. Quod onus, gratias agens, primum reuuit præsul. Christina autem quæ quanti qui plurimi Francisci virtutem faciebat, acriter instante ut hocce munus susciperet, tandem assensus est ille, sub eâ vero conditione, ut nihilominus in suâ diocesi assidue resideret, ac nihil mercedis acciperet, quando suo mune re non fungeretur. « Nimis anxîa religione afficeris, res-
« pondit matrona : si vel non ministranti dare tibi velim
« pignora, quid peccabis accipiendo? — O domina! res-
« pondit ille, mihi arridet paupertas; mihi terrorem
« faciunt divitiæ. Timeo ne, veluti jam tam multis aliis,
« mihi quoque sint exitio. » Utrique conditioni assentiri princeps femina coacta est; atque extemplo quasi illum sui muneris in possessionem inducens, adamante maximi pretii eum donavit, dicens : « Eâ lege quidem, ut hunc
« mea causâ servaturus sis. — Id tibi promitto, ô domi-
« na! nisi fortè eo opus sit pauperibus. — Id si evenerit,
« ait illa, hunc adamantem oppignerare satis habeas;
« egoque repignerandum curabo. — Verear, ô domina!
« reposuit Franciscus, ne sæpius id fiat, tuâque ego
« abutar beneficiâ. »

Thème 397.

De S. Francisco sequitur.

Dispensator cum videret suum dominum cuncta, ipsasque suas vestes largientem, non dubitabat eum increpare, nuntiabatque se ab eo discessurum esse. At Franciscus benignè ei dicebat : « Rectè tu dicis, ego inemendabilis
« sum : et quod gravius est, videor diu futurus. » Nonnunquam Christi e cruce pendentis illi ostendens effigiem, dicebat ei : « Num quid Deo qui nostra causa ita
« neci se tradidit potest denegari? » Pudore suffusus ac nesciens quid responderet abscedebat administrator; dicebatque aliis famulis quos obvios habebat : « Vir
« sanctus est noster dominus; omnes autem nos in pu-
« blicam pauperum domum propellet; atque prior ibit
« ipse, si quam instituit viam perrexerit tenere. » Si ad eum confugiebant fidei desertores, aut homines sceleratissimi, suos loculos, eor suum, suaque illis expandebat viscera. « Venite, charissimi filii, aiebat, venite, ut vos
« amplexer. Hoc unum à vobis peto, scilicet ne de salute
« vestrâ desperetis. » Cum apud nonnullos male haberetur hæc agendi ratio : « Nonne videtis, illis dicebat, has
« meas oves esse? His Dominus noster totum suum dedit
« sanguinem; quomodo illis ego meas denegarem lacry-
« mas? Neutiquam dubito quin lupi isti in agnos olim
« convertantur. »

Coactus est sanctus præsul Sabaudia ducem Avenionem comitari. Dein Avenione contulit se Lugdunum, ubi vigesima octava die decembris anni millesimi sexcentissimi vigesimi secundi mortuus est. Annecium translatus fuit corpus ejus; cor autem Lugduni servatum.

Thème 398.

Beata Margarita Maria.

Margarita Maria Alacoque in pago diocesis Augustodunensis honesto genere nata, miro prævenientis gratiæ

instinctu a teneris annis viam perfectionis arripuit, ac primos innocentissimi cordis affectus ad eam interioris vite formam, ad quam divinitus electa erat, composuit. Puellula vix dum rationis compos nihil magis in deliciis habuit, quam genibus positis, junctisque manibus cœlesti sponso sistere se, ei cor suum dicare, et virginalem devovere castitatem, ipso interius votum supra ætatem inspirante. Studium placendi Jesu, et pietas in Deiparam, cui se ab illo commendatam novit pariter credere cum annis. Ex hoc Christi amore, quem producta ad plures horas meditatio alebat, ingens exarsit patiendi amor, ut ei, quem unice diligebat similem se exhiberet. Hinc corpus jejuniis, vigiliis, aliisque asperitatibus ad morbum usque afflixit: animum vero inter diurnas vexationes quas patre orbata a famulis pertulit, ad imaginem ejus, qui mitis est et humilis corde, constanter effingens, brevi ad magnam sanctitatem in ipso sæculo pervenit.

Thème 399.

De Beata Margarita Maria sequitur.

Ordinem Visitationis Sanctæ Mariæ, quo a propinquis abesset longius, Paredii ingressa statim in tirocinio cunctis religiosæ vitæ virtutibus indubium sanctitatis specimen præbuit. Interim Christus sublimioris orationis dono, internis locutionibus, aliisque charismatibus sponsam suam illustrare et ad sua consilia propius disponere instituit. Inter varias apparitiones illa maxime celebris fuit, qua ante Eucharistiam oranti Jesus semetipsum conspiciendum obtulit, et divinum Cor suum in aperto pectore flammis incensum et spinis constrictum ostendit, præcepitque, ut pro tali charitate, et ad reparandas ingratorum hominum injurias, illa publicum cordi suo cultum, magnis propositis gratiarum præmiis, instituendum curaret, et cunctantem humilitatis causa, seque tantæ rei impari dictitantem, promisso auxilio et prænun-

tiato successu confirmavit. Exinde fidissima Christi sponsa hoc unum spirare, verbis, exemplis, scriptis, jugi vitæ suæ sacrificio hoc unum quærere visa est, ut sanctissimo Cordi Jesu interior exteriorque cultus, qualem ei placere ab ipso didicerat, ab omnibus tribueretur, quod et tunc fieri mirabiliter cœpit, et postea, approbante sancta Sede quanto fructu sit perfectum universus orbis catholicus testatur.

Thème 400.

De Beata Margarita Maria sequitur.

Quod enixe a Domino petierat, ut illustria ejus dona in sui contemptum verterentur, abunde obtinuit. Nunquam enim defuere domi et foris, qui illam misere illisam credentes, aut saltem dubitantes, ejus spiritum dicteris carperent, vel certe assiduis ac duris subjicerent experimentis: in quibus tamen mitissimæ virginis humilitas, patientia, obedientia et charitas magis semper eluxerunt. Contumelias quoque ac minas ab extraneis, ob nobilem alumnam a tirocinio fortiter dimissam, invicta constantia toleravit. Accessere morbi graves et diuturni, quibus levandis remedia a medicis oblata nocebant.

Inter hæc illa in divino Christi corde absorpta, et igne charitatis ejus incensa, plura et graviora pati semper optabat. Extremum morbum patientissime toleranti subito divini judicii cogitatio tantum injecit metum, ut cum tremore ac fletu Crucifixum stringens misericordiam sibi precaretur: sed mox consolationes Dei lætificaverunt animam ejus. Igitur tanquam consummata caritatis victima, die decima septima octobris ad sponsum evolavit, annos nata tres et quadraginta. Cælestem ejus gloriam miracula confirmaverunt, quibus rite probatis, eam Pius Nonus Pontifex Maximus magna piorum gratulatione quartodecimo kalendas octobris anni millesimi octingentesimi sexagesimi quarti beatarum virginum cœtui adscripsit.

FINIS.

DELHOMME et BRIGUET, Éditeurs, 83, rue de Rennes, PARIS
3, AVENUE DE L'ARCHEVÊCHÉ, LYON

OUVRAGES DU R. P. DOM BOUSSION

MOINE BÉNÉDICTIN DE LA CONGRÉGATION DE FRANCE
ANCIEN PROFESSEUR AU PETIT SÉMINAIRE DE MONTMORILLON

GRAMMAIRE LATINE SIMPLIFIÉE et augmentée de
Principes de traduction. Deuxième édition. 1 vol. in-8 car-
tonné. Prix 1 fr. 60

• Sans vouloir déprécier personne, nous ne croyons pas qu'il ait paru jus-
qu'à ce jour une grammaire latine à la fois plus claire, plus concise, plus
méthodique, plus complète et mieux rédigée que celle du R. P. Boussion. »
(Univers. — L'abbé BLEAU, aumônier du lycée de Poitiers.)

• Nous sommes de ceux qui ont blanchi dans le métier, et nous déclarons
n'avoir jamais rencontré, parmi tant d'auteurs qui nous ont passé dans les
mains, une autre *grammaire latine* qui ait encore valu celle-ci. C'est un chef-
d'œuvre de logique, de clarté et de simplicité. »
(Espérance de Nancy. — F. J., ancien

COURS D'EXERCICES ET DE THÈME
posés dans l'ordre de la *Grammaire latine simplifiée*.

Première partie : 1 vol. in-18 jésus, cartonné.

Deuxième partie : 1 vol. in-18 jésus, cartonné.

PRÉCIS DE GRAMMAIRE LATINE à l'usage
des commençants. In-8 cartonné.

EXERCICES LATINS disposés dans l'ordre du PRÉCIS
de grammaire latine. 1 vol. in-18 jésus, cartonné. 1 fr.

GRAMMAIRE GRECQUE SIMPLIFIÉE et augmentée
d'un Précis. 1 vol. in-8, cartonné. 2 fr. 50

PRÉCIS DE GRAMMAIRE GRECQUE Brochure in-8 de
32 pages. Prix 6 fr. 50

GRAMMAIRE FRANÇAISE SIMPLIFIÉE et augmentée de
Théorie grammaticale et cours moyen, comprenant les *théories*
1 vol. in-12, cartonné

• Voici une grammaire française élémentaire appelée ainsi
qu'elle émane d'un professeur de grande expérience, qu'elle a une sim-
plicité imaginable et qu'elle introduit partout la clarté et l'ordre.
Boussion a fait déjà pour le latin et pour le grec, et il le fait pour le
français : il simplifie et il abrège. Sa *Théorie* est complète et
le reste du livre est consacré aux *Exercices* qui sont eux-mêmes
mieux... Dom Boussion traite le *Verbe* avec un soin tout spécial.
Il expose brièvement toutes les conjugaisons à une seule, en simplifiant
le mécanisme, et amoindrit de beaucoup la difficulté relative aux
généralités. »
(Espérance de Nancy. — F. J., ancien

PRÉCIS D'ANALYSE grammaticale et logique, sur
des exercices variés. 1 vol. in-18 jésus, cartonné. Prix 6 fr. 75